Iunonis metu sub terram occuluit, conceptúmque filium Tityum inusitatæ magnitudinis in lucem edidit. Hic igitur in Pythonẽ contendens, Latonam conspicatus, eiúsque desiderio detentus, abripit. Hæc filiorum opem implorat, ij Tityum sagittis conficiunt: qui vel mortuus cruciatur. Vultures enim apud inferos eius cor depascere nunquam desistunt. Apollo etiam Marsyam Olympi filium occidit. Hic enim, cum tibias inuenisset, quas Minerua, quòd informem vultum efficerent, abiecit, Apollinem de musica prouocare non dubitauit. Hoc de compacto in certamen descendunt, vt victor arbitratu suo deuictum afficiat. Inito igitur certamine conuersa cithara certabat Apollo, idémque vt Marsyas faceret, imperauit: quod cum ille tibiis nequiret, Apollo præstantior est inuentus. Quare suspensum Marsyam è proximæ ac patulæ pini ramo detracta pelle ita confecit. Sed & Diana Orionem in Delo necauit. Hunc terra natum vastissima corporis magnitudine fuisse memorant: eum Neptuni ex EVryale filiũ Pherecydes esse refert. Huic à

Ποσειδῶν διαβαίνειν τὴν θάλασσαν. οὗτος μὲν ἔγημε Σίδην· ἣν ἔρριψεν εἰς ᾅδου περὶ μορφῆς ἐρίσασαν Ἥρα. αὖθις δὲ ἐλθὼν εἰς Χίον, Μερόπην τὴν Οἰνοπίωνος ἐμνηστεύσατο. μεθύσας δὲ Οἰνοπίων αὐτὸν, κοιμώμενον ἐτύφλωσε, καὶ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς ἔρριψεν. ὁ δὲ, ἐπὶ τὸ χαλκεῖον ἐλθὼν, καὶ ἁρπάσας παῖδα ἕνα, ἐπὶ τῶν ὤμων ἐπιθέμενος, ἐκέλευσε ποδηγεῖν πρὸς τὰς ἀνατολάς. ἐκεῖ δὲ παραγενόμενος, ἀνέβλεψεν ἐκκαεὶς ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, καὶ διὰ ταχέων ἐπὶ τὸν Οἰνοπίωνα ἔσπευδεν. ἀλλὰ τῷ μὲν Ποσειδῶνι, Ἡφαιστότευκτον ὑπὸ γῆν κατεσκεύασεν οἶκον. Ὠρίωνος δ' Ἠὼς ἐρασθεῖσα, ἥρπασε, καὶ ἐκόμισεν εἰς Δῆλον. ἐποίει γὰρ αὐτὴν Ἀφροδίτη συνεχῶς ἐρᾶν, ὅτι Ἄρει συνευνάσθη. ὁ δ' Ὠρίων, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀνῃρέθη, δισκεύειν Ἄρτεμιν προκαλούμενος· ὡς δέ τινες, βιαζόμενος Ὦπιν, μίαν τῶν ἐξ Ὑπερβορέων παραγενομένων παρθένων, ὑπ' Ἀρτέμιδος ἐτοξεύθη. Ποσειδῶν δὲ, Ἀμφιτρείτην τὴν Ὠκεανοῦ γαμεῖ· καὶ αὐτῷ γίνεται Τρίτων

Neptuno patre in summo mari pedibus incedendi facultas data fuit. Hic Siden vxorē habuit, quā Iuno secū de forma certare ausam ad inferos detrusit. Quíque cū remeasset in Chium, Meropen OEnopionis filiam in connubium postulauit: Hunc OEnopion per ebrietatē somno sepultum excæcauit, & secus littora eiecit. Hic autē officinā ærariam ingressus, puerum abripuit, ac suis humeris imposuit, séq; versus orientē solem vt ductaret, imperauit: quò cū venisset, solis radiis excalfactus, pristinam oculorū lucē recuperauit, inde confestim aduersus OEnopionē contendit. Sed & Neptuno quidē Volcani artificio subterraneum domiciliū fecit. Ad hæc AVrora eius amore capta Orionē rapit, ac secū in Delū transtulit: Nā Venus, quòd cum Marte cōcubuerat, perpetuo illā ardore cruciabat. Nec desunt qui scribāt, Orionē, quòd Dianā, vt secū disco luderet, inuitasset, occisum fuisse. Sed aliis proditur, inferentē vim Opi vni è virginibus, quæ ab Hyperboreis venerāt, à Diana sagittis confixū fuisse. Neptunus autē Amphitritem Oceani filiam sibi coniugio copulauit: ex qua Triton

καὶ Ῥόδη, ἣν Ἥλιος ἔγημε. Πλούτων δὲ, Περσεφόνης ἐρασθεὶς, Διὸς συνεργοῦντος, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δήμητρα δὲ, μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας, κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιῄει· μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρμιωνέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, ἀπέλιπεν οὐρανόν· εἰκασθεῖσα δὲ γυναικὶ, ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν Ἀγέλαστον ἐκάθισε πέτραν παρὰ τὸ Καλλίχορον φρέαρ καλούμενον· ἔπειτα πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν, καὶ λεγουσῶν τούτων παρ' αὐταῖς καθίζεσθαι, γραῖά τις Ἰάμβη, σκώψασα τὴν θεὸν, ἐποίησε μειδιάσαι· διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορείοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν. ὄντος δὲ τῇ Κελεοῦ γυναικὶ Μετανείρᾳ παιδίου, τοῦτο ἔτρεφεν ἡ Δημήτηρ παραλαβοῦσα· βουλομένη δὲ αὐτὸ ἀθάνατον ποιῆσαι, τὰς νύκτας εἰς πῦρ κατετίθει τὸ βρέφος, καὶ περιῄρει τὰς θνητὰς σάρκας αὐτοῦ· καθ' ἡμέραν δὲ, παραδόξως αὐξανομένου τοῦ Δηϊφῶν-

ac Rhode, quæ Soli nupsit, orti sunt. Pluto Proserpinæ amore succensus incredibili, Iouis adiumento furtim rapuit. At Ceres accensis facibus, noctes, atque dies vniuersum terrarum orbem vestigando lustrauit: quæ, vbi renunciatur, à Plutone filiam fuisse præreptam, diis irata cœlum reliquit, mortalíque assimilata mulieri Eleusinem contendit, ac primo quidem Agelastum de suo mærore appellatum, non procul à Callichoro puteo, lapidem insedit. Inde ad Celeum iam tum Eleusiniorum Regem, profecta, ad illius mulieres introducta est: à quibus, cùm, vt assideret, rogaretur, Anus quædam, cui Iambe nomen fuit, Deã scommatibus lacessiuit: eáque ratione, risum illi excussit: qua de re in Thesmophoriis mulieribus scommatum licentiam enatam fuisse memoratur. Celeo tum ex Metanira coniuge filius erat: hunc in sinu suo assumptũ Ceres alebat, quẽ cùm immortalẽ facere vellet, per noctes in igne deponebat infantẽ, ac eum in modum, quicquid in illo mortalitatis inerat, adimebat. Puer autẽ, cui Deiphoo-

τος, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ παιδί, ἐπετήρησεν Μετάνειρα τί πράξει θεά. καὶ καταλαβοῦσα εἰς πῦρ ἐγκεκρυμμένον, ἀνεβόησε· διόπερ τὸ μὲν βρέφος ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνηλώθη, ἡ θεὰ δὲ αὐτὴν ἐξέφηνε. Τριπτολέμῳ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Μετανείρας παίδων, δίφρον κατασκευάσασα πτηνῶν δρακόντων, καὶ πυρὸν ἔδωκεν, ᾧ τὴν ὅλην οἰκουμένην δι' οὐρανοῦ αἰρόμενος κατέσπειρε. Πανύασις δέ, Τριπτόλεμον Ἐλευσῖνος λέγει. φησὶ γὰρ Δήμητραν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν· Φερεκύδης δὲ φησὶν αὐτὸν υἱὸν Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς. Διὸς δὲ Πλούτωνι τὴν κόρην ἀναπέμψαι κελεύσαντος, ὁ Πλούτων, ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνῃ, ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον. ἡ δέ, οὐ προειδομένη τὸ συμβησόμενον, κατηνάλωσεν αὐτόν. καταμαρτυρήσαντος δὲ αὐτῆς Ἀσκαλάφου τοῦ Ἀχέροντος, καὶ Γοργύρας, τούτῳ μὲν Δημήτηρ ἐν ᾅδου βαρεῖαν ἐπέθηκε πέτραν· Περσεφόνη δέ, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὸ μὲν τρίτον, μετὰ Πλούτωνος ἠναγκάσθη μένειν· τὸ δὲ λοιπὸν, παρὰ τοῖς θεοῖς.

ti nomen erat, in dies ſupra quàm credi poſſet, adoleſcebat : mater, quid nam Dea faceret, obſeruat, cúmque igne coopertum deprehendiſſet filiolum, exclamauit. Quo circa puer ab igne fuit abſumptus, ſéque ipſam Dea agnoſcẽdam dedit. ac Triptolemo Metaniſæ natorũ maximo currum ab alatis trahendum draconibus comparat, triticúmque conceſſit, quod per aërem vectus vniuerſo terrarum orbi ſerendum condonaret. Atqui Panyaſis, Triptolemum, Eleuſinis, inquit, filium : ad eum enim Cererem perueniſſe refert. Pherecydes autẽ ipſum Oceano & Terra natum eſſe ait. Inter hæc Iupiter Plutoni, vt Proſerpinam remitteret, imperauit. Quare Pluto, ne penes matrem ea diu remaneret, punici mali granum dedit illi comedendũ. Hęc autem, cùm quid mandaret, minimè præuideret, idipſum confecit. Ceres Aſcalapho Acherõtis & Gorgyræ filio, quòd falſum in eam teſtimoniũ dixiſſet, graue ſuperimpoſuit ſaxũ apud inferos. Sic demũ Proſerpina tertiã ſingulorũ annorũ partẽ cum Plutone manere compellitur. Quod ſupereſt illi cũ ſuperis degendũ erat.

περὶ μὲν οὖν Δήμητρος ταῦτα λέγεται· Γῆ δὲ, περὶ Τιτάνων ἀγανακτοῦσα, γεννᾷ Γίγαντας ἐξ Οὐρανοῦ, μεγέθει μὲν σωμάτων ἀνυπερβλήτους· δυνάμει δὲ ἀκαταγωνίστους· οἳ φοβεροὶ μὲν ταῖς ὄψεσι κατεφαίνοντο, καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων· εἶχον δὲ τὰς βάσεις φολίδας δρακόντων. ἐγένοντο δὲ, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἐν Φλέγραις· ὡς δὲ ἄλλοι, ἐν Πελλήνῃ. ἠκόντιζον δὲ εἰς οὐρανοὺς πέτρας, καὶ δρῦς ἡμμένας. διέφερε δὲ πάντων Πορφυρίων τε καὶ Ἀλκυονεὺς, ὃς δὴ καὶ ἀθάνατος ἦν, ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῇ μαχόμενος. οὗτος δὲ καὶ τὰς Ἡλίου βόας ἐξ Ἐρυθίας ἤλασε. τοῖς δὲ θεοῖς λόγιον ἦν, ὑπὸ θεῶν μὲν μηδένα τῶν γιγάντων ἀπολέσθαι δύνασθαι· συμμαχοῦντος δὲ θνητοῦ τινος, τελευτήσειν. αἰσθομένη δὲ Γῆ τοῦτο, ἐζήτει φάρμακον, ἵνα μηδ' ὑπὸ θνητοῦ δυνηθῶσιν ἀπολέσθαι· Ζεὺς δ' ἀπειπὼν φαίνειν, Ἠοῖ τε καὶ Σελήνῃ καὶ Ἡλίῳ, τὸ μὲν φάρμακον αὐτὸς ἔτεμε φθάσας· Ἡρακλέα δὲ σύμμαχον δι' Ἀθηνᾶς ἐπι-

Hæc itaq; ſunt quæ de Cerere traduntur. Opis adhæc Titanibus irata, gigantes è Cœlo non modò corporis magnitudine præcellentes, ſed viribus etiam inuictiſſimos procreauit: qui terribili planè vultu, ac promiſſo è capite capillo, & prolixa è mẽto barba, præditi eſſe videbantur, & anguineos pedes habuiſſe produntur. Sunt, qui in Phlegræis campis, alij verò ad Pellenen eos habitaſſe ferunt. In cœlum ſaxa atque accenſas arbores iaculabantur: in quibus Porphyrionem & Halcyoneum omnium facilè principes fuiſſe legimus. Qui, ea, in qua natus eſſet, terra dimicans, erat immortalis. Hic etiam Solis boues ex Erythia abegiſſe dicitur. Cæterum inter Deos rumor erat, gigantum poſſe occidi neminem: verùm ſi mortalium quiſpiam in ſocietatem arceſſatur, eos interituros eſſe. Quod cum Terra præſenſiſſet, ne mortalis cuiuſpiam viribus gigantes occiderent, remediũ quæritabat. Tũ Iupiter Auroræ, Lunæ, ac Soli, ne proderent, imperauit. Ipſe itaq; remediũ ne Terra compeririet, anteuertens præcidit. Siquidem ad ſe conſilio Palladis Herculem ſocium ac-

καλέσαντος. κἀκεῖνος πρῶτον μὲν ἐτόξευσεν Ἀλκυονέα· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς γῆς μᾶλλον ἀνεθάλπετο· Ἀθηνᾶς δὲ ὑποθεμένης, ἔξω τῆς Πελλήνης εἵλκυσεν αὐτόν. κἀκεῖνος μὲν οὕτω ἐτελεύτα· Πορφυρίων δὲ Ἡρακλεῖ κατὰ μάχην ἐφώρμησε, καὶ Ἥρᾳ. Ζεὺς δὲ αὐτῷ πόθον Ἥρας ἐνέβαλεν· ἥτις καὶ καταρρηγνύντος αὐτοῦ τοὺς πέπλους, καὶ βιάζεσθαι θέλοντος, βοηθοὺς ἐπεκαλεῖτο. καὶ Διὸς κεραυνώσαντος αὐτὸν, Ἡρακλῆς τοξεύσας ἀπέκτεινε. τῶν δὲ λοιπῶν Ἀπόλλων μὲν Ἐφιάλτου τὸν ἀριστερὸν ἐτόξευσεν ὀφθαλμὸν, Ἡρακλῆς δὲ τὸν δεξιόν· ΕΥ̓ρυτον δὲ θυρσῷ δρυὸς ἔκτεινε· Κλυτίον δὲ φασὶν Ἑκάτη· μᾶλλον δὲ Ἥφαιστος, βαλὼν μύδροις. Ἀθηνᾶ δὲ Ἐγκελάδῳ φεύγοντι, Σικελίαν ἐπέρριψε τὴν νῆσον. Πάλλαντος δὲ τὴν δορὰν ἐκτεμοῦσα, ταύτῃ κατὰ τὴν μάχην τὸ ἴδιον ἐπέσκεπε σῶμα. Πολυβώτης δὲ διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, ἧκεν εἰς Κῶ· Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος [διαρρήξας] ἐπέρριψεν αὐτῷ, τὸ λεγόμενον Νίσυρον.

cersiuit. Qui primus omnium Halcyoneum sagitta confossum interemit: Hic autem lōge plùs quàm antea, virium resumebat à Terra, donec Minerua submonente ipsum extra Pellenam vrbem abstraxit: & sic eum obiisse traditur. Porphyrio autem in Herculem & Iunonem pugnans impetum facit. Cui tum Iupiter Iunonis desiderium iniecit: quæ, cum sibi peplum discindi, ac vim parari videt, opem quiritat. Tum gigas ab Ioue fulminatus, & ab Hercule sagittis transfixus, occubuit. Inter cæteros Apollo læuum Ephialtæ oculum, dexterum Hercules, sagittarum ictu effoderunt. EVrytum verò querno telo peremit. Clytium ab Hecate, seu potius à Volcano, candenti ferro occisum fuisse scribitur. Minerua Encelado fugienti Siciliam insulam obiecit. Pallanti autem pelle detracta in pugna, suum sibi corpus contexit. Polybotes item per maris fluctus Neptuno insectante in Cô tandem peruenit. In hunc Deus insulæ partem reuulsam pro telo coniecit: quæ Nisyros insula facta est.

Ἑρμῆς δὲ, τὴν Ἄϊδος κυνέην ἔχων κατὰ τὴν μάχην, Ἱππόλυτον ἀπέκτεινεν· Ἄρτεμις δὲ * Γρατίωνα· Μοῖραι δ᾽ Ἄγριον καὶ Θόωνα χαλκέοις ῥοπάλοις μαχομένους. τοὺς δὲ ἄλλους κεραυνοῖς Ζεὺς βαλὼν διέφθειρε. πάντας δὲ Ἡρακλῆς ἀπολλυμένους ἐτόξευσεν. ὡς δ᾽ ἐκράτησαν οἱ θεοὶ τῶν Γιγάντων, Γῆ μᾶλλον χολωθεῖσα, μίγνυται Ταρτάρῳ, καὶ γεννᾷ Τυφῶνα ἐν Σικελίᾳ, μεμιγμένην ἔχοντα φύσιν, ἀνδρὸς καὶ θηρίου. οὗτος μὲν, καὶ μεγέθει καὶ δυνάμει πάντων διήνεγκεν, ὅσους ἐγέννησε Γῆ· ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν ἄχρι μηρῶν ἄπλετον μέγεθος ἀνδρόμορφον, ὥστε ὑπερέχειν μὲν πάντων τῶν ὀρῶν· ἡ δὲ κεφαλὴ, πολλάκις τῶν ἄστρων ἔψαυε· χεῖρας δὲ εἶχε, τὴν μὲν, ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἐκτεινομένην· τὴν δὲ, ἐπὶ τὰς ἀνατολάς· ἐκ τούτων δὲ ἐξεῖχον ἑκατὸν κεφαλαὶ δρακόντων· τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν, σπείρας εἶχεν ὑπερμεγέθεις ἐχιδνῶν· ὧν ὁλκοὶ πρὸς αὐτὴν ἐκτεινόμενοι κορυφὴν, συριγμὸν πολὺν ἐξίεσαν. πᾶν δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα κατεπτέρωτο. αὐχμηραὶ δὲ ἐκ κεφαλῆς

Mercurius Orci galea tectus pugna confecit Hippolytum. * Grationem Diana, Agrium deinde Parcæ & Thoonem, æneis clauis pugnantes, contuderunt. Reliquos autem fulmine ictos Iupiter interfecit. Sed & Hercules ita percũtes sagittis confodit. Post igitur debellatos à superis Gigantas Terra longè atrocius indignata Tartaro ammiscetur, ac Typhonem duplici natura, humana simul atque ferina, constantem, in Sicilia parit. Hic & corporis vastitate, & robore cæteris omnibus quos Terra genuerat, antecellebat. Huic etiam crurum tenus immensa humanæ formę magnitudo erat, vt omnium montium cacuminibus altior esse videretur: cuius etiam caput sæpenumero astra pertingebat. Sed & eiusdem manuum altera ad Hesperum vsque, & altera ad orientem pertinebant. ex his centum draconum capita eminebant. In cruribus maximas viperarum spiras ille continebat: quarũ volumina ad verticem ipsum vsq; protendebantur, eæq; viperæ ingentem sibilum excitabant. Typhonis corpus erat totũ pennis circundatũ. Squalentes autem è capite crines,

καὶ γενείων τρίχες ἐξηνεμοῦντο· πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι. τοιοῦτος ὢν ὁ Τυφὼν καὶ τηλικοῦτος, ἡμμένας βάλλων πέτρας ἐπ' αὐτὸν οὐρανὸν, μετὰ συριγμῶν ὁμοῦ καὶ βοῆς ἐφέρετο· πολλὴ δὲ ἐκ τοῦ στόματος πυρὸς ἐξέβρασσε ζάλη. θεοὶ δ', ὡς εἶδον αὐτὸν ἐπ' οὐρανὸν ὁρμώμενον, εἰς Αἴγυπτον φυγάδες ἐφέροντο, καὶ διωκόμενοι, τὰς ἰδέας μετέβαλον εἰς ζῶα. Ζεὺς δὲ πόῤῥω μὲν ὄντα Τυφῶνα ἔβαλε κεραυνοῖς· πλησίον δὲ γενόμενον, ἀδαμαντίνης κατέπλησσεν ἅρπης, καὶ φεύγοντα ἄχρι τοῦ Κασίου ὄρους, συνεδίωξε· τοῦτο δὲ ὑπέρκειται Συρίας. κεῖθι δὲ αὐτὸν κατατετρωμένον ἰδὼν, εἰς χεῖρας συνέβαλε. Τυφὼν δὲ, ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς, κατέσχεν αὐτόν· καὶ τὴν ἅρπην περιελόμενος, τά τε τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν διέτεμε νεῦρα. ἀράμενος δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων, διεκόμισεν αὐτὸν διὰ τῆς θαλάσσης εἰς Κιλικίαν· καὶ παρελθὼν, εἰς τὸ Κωρύκιον ἄντρον κατέθετο. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ νεῦρα κρύψας ἐν ἄρκτου δορᾷ, κεῖθι ἀπέθετο, καὶ κατέστησε Δελφύνην δράκαιναν·

crines, & mento barba impexa prolixáque, ventilabant. Igne oculi emicabant. Talis itaque tantúsque Typhon candentes in cœlũ lapides iaculatus, cum sibilo simul atque boatu ferebatur. Magna etiam ex ipsius ore ignis procella deferuebat. Hunc vbi Dij in cœlum prospiciunt irrumpentem, acti in fugam, in Ægyptum properabant, & vbi illum insequentem vident; in varias animantium formas sese quisque transmutabat. Iupiter autem procul à se Typhonem conspicatus, fulmine percussit: vbi verò cominus fuit, adamantina illum falce deterruit: ac fugientem ad Casium vsque extremæ Syriæ montem persecutus est: ibíque cùm saucium esse cognouisset, manus conseruit. Typho autem spirarũ volumine circumplexum Iouem detinuit, eíque Harpe adempta pedum manuúmq; neruos dissecuit, impositúmque humeris in Ciliciam vsque transuexit: quo cùm peruenisset, intra Corycium antrum deposuit, similémque modum, & neruos præcisos in vrsi pelle occultatos ibidem collocauit, ac Delphynen serpẽté,

(ἡμίθηρ δὲ ἦν αὕτη ἡ κόρη) Ἑρμῆς δὲ καὶ Αἰγίπαν, ἐκκλέψαντες τὰ νεῦρα, ἥρμοσαν τῷ Διὶ λαθόντες. Ζεὺς δὲ, τὴν ἰδίαν ἀνακομισάμενος ἰσχὺν, ἐξαίφνης ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ πτηνῶν ὀχούμενος ἵππων ἅρματι, βάλλων κεραυνοῖς, ἐπ᾽ ὄρος ἐδίωξε Τυφῶνα, τὸ λεγόμενον Νῦσαν· ὅπου Μοῖραι αὐτὸν διωχθέντα ἠπάτησαν. πεισθεὶς γὰρ ὅτι ῥωσθήσεται μᾶλλον, ἐγεύσατο τῶν ἐφημέρων καρπῶν· διόπερ ἐπιδιωκόμενος αὖθις, ἧκεν εἰς Θράκην. καὶ μαχόμενος περὶ τὸν Αἷμον, ὅλα ἔβαλεν ὄρη. τούτων δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κεραυνοῦ πάλιν ὠθουμένων, πολὺ ἐπὶ τῷ ὄρει ἐξέκλυσεν αἷμα· καί φασιν ἐκ τούτου τὸ ὄρος κληθῆναι Αἷμον. φεύγειν δὲ ὁρμηθέντος αὐτοῦ διὰ τῆς Σικελικῆς θαλάσσης, Ζεὺς ἐπέρριψεν Αἴτνην ὄρος ἐν Σικελίᾳ· τοῦτο δὲ ὑπερμέγεθές ἐστιν· ἐξ οὗ μέχρι δεῦρο φασὶν ἀπὸ τῶν βληθέντων κεραυνῶν γίνεσθαι πυρὸς ἀναφυσήματα. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, μέχρι τοῦ δεῦρο ἡμῖν λελέχθω. Προμηθεὺς δὲ, ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας, ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ πῦρ λάθρα Διὸς, ἐν νάρθηκι κρύψας.

(ſemifera hæc erat puella) velut cuſtodẽ appoſuit. Interim verò Mercurius & Ægipan neruos ſuffurati, clanculum Ioui rurſus compegerũt. Mox Iupiter receptis priſtinis viribus, alatos equos currui repente iungit, cúmq; actutũ conſcẽdit, ac Typhonẽ ad Nyſam vſque montem fulminibus impetẽdo eſt perſecutus, vbi Parcæ, quẽ Deus inſecutus eſt, fruſtratæ ſunt. Nam, cũ ſibi in animũ induxiſſet, ſe valentiorẽ fore, matura ac mitia poma guſtauit. Proinde cum Iouẽ rurſus inſequentem videret, contendit in Thraciam, pugnáq; ad Hæmum cõmiſſa ſolidos montes iaculatus eſt. Hi verò cõtra noua fulminũ vi deturbantur, multúmque in ipſo mõte ſanguinis exũdauit: à quo Hęmi nomẽ factũ fuiſſe ferũt. Quíq; cũ per Siculũ mare fugere incœpiſſent, Iupiter Ætnam Sicilię montem ſuper iniecit: Hic miræ vaſtitatis eſt, à quo in hanc vſq; tempeſtatẽ ob frequentẽ fulminum iactum, igniũ in eo fieri ſpiramenta videntur. De his autem hæc hactenus à nobis dicta ſint. Interea verò Prometheus formatis ex aqua & terra hominibus, clàm Ioue ignẽ in ferula furatus immiſit.

ὡς δὲ ᾔσθετο Ζεύς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι· τοῦτο δὲ Σκυθικὸν ὄρος ἐστίν. ἐν δὲ τούτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεύς, πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο· καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀετὸς ἐφιπτάμενος, αὐτοῦ τοὺς λοβοὺς ἐνέμετο τῶν ἡπάτων αὐξανομένων διὰ νυκτός. καὶ Προμηθεὺς μὲν πυρὸς κλαπέντος δίκην ἔτινε ταύτην, μέχρις Ἡρακλῆς αὐτὸν ὕστερον ἔλυσεν, ὡς ἐν τοῖς καθ' Ἡρακλέα δηλώσομεν. Προμηθέως δὲ παῖς Δευκαλίων ἐγένετο. οὗτος βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Φθίαν τόπων, γαμεῖ Πύρραν τὴν Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας, ἣν ἔπλασαν θεοὶ πρώτην γυναῖκα. ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι Ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου Προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος, εἰς ταύτην μετὰ Πύρρας εἰσέβη. Ζεὺς δὲ, πολὺν ὑετὸν ἀπ' οὐρανοῦ χέας, τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος κατέκλυσεν· ὥστε διαφθαρῆναι πάντας ἀνθρώπους, ὀλίγων χωρίς· οἳ συνέφυγον εἰς τὰ πλησίον ὑψηλὰ ὄρη.

Quod vbi sensit Iupiter, Volcano ad montem Caucasum religandũ affigendúmque dedit. Scythiæ mons est Caucasus, vbi Prometheus clauis confixus multorum annorum curriculo religatus permansit. Ad quèm Aquila quotidiè deuolãs huius hepatis fibras per noctem succrescentes depascebatur. Igitur ob ignis furtum hanc pœnam Prometheum dedisse memorant: donec Hercules eum vinculis liberauit: quemadmodum in rebus ab Hercule gestis demõstrabimus. Cæterùm Deucalion Promethei filius fuit. Hic imperió tenens eam partem quæ ad Phthiam iacet, Pyrrham Epimethei & Pandoræ filiam vxorem ducit, quam mulierem omnium primam Dij finxerunt. Post, vbi prolem æneam tollendam Iupiter censuit, Deucalion Promethei consilio fabrefacta è lignis arca, in eámque ad vitam transigendam rebus necessariis impositis, cum Pyrrha ingressus est. Mox Iupiter largè effusis de cœlo imbribus, maximam Græciæ partem cooperuit: vt, quicquid in ea mortalium foret, interierit, præter admodum paucos, qui in altissimos circa montes confugerãt.

τότε δὲ καὶ τὰ κατὰ Θεσσαλίαν ὄρη διέστη, καὶ τὰ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ Πελοποννήσου συνεχέθη πάντα. Δευκαλίων δὲ ἐν τῇ λάρνακι, διὰ τῆς θαλάσσης φερόμενος, ἐφ' ἡμέρας ἐννέα, καὶ νύκτας ἴσας, τῷ Παρνασσῷ προσίσχει, κἀκεῖ τῶν ὄμβρων παῦλαν λαβόντων, ἐκβὰς ἔθυσε Διὶ Φυξίῳ. Ζεὺς δὲ, πέμψας Ἑρμῆν πρὸς αὐτὸν, ἐπέτρεψεν αἰτεῖσθαι ὅ τι βούλεται. ὁ δὲ, αἱρεῖται ἀνθρώπους αὐτῷ γενέσθαι· καὶ Διὸς εἰπόντος, ὑπὲρ κεφαλῆς αἴρων ἔβαλλε τοὺς λίθους· καὶ οὓς μὲν ἔβαλλεν ὁ Δευκαλίων, ἄνδρες ἐγένοντο· οὓς δὲ Πύῤῥα, γυναῖκες· ὅθεν καὶ λαοὶ μεταφορικῶς ὠνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ λᾶας ὁ λίθος. γίνονται δὲ ἐκ Πύῤῥας Δευκαλίωνι παῖδες, Ἕλλην μὲν πρῶτος· ὃν ἐκ Διὸς [ἔνιοι] γεγενῆσθαι λέγουσι· [δεύτερος δ'] Ἀμφικτύων ὁ μετὰ Κραναοῦ βασιλεύσας τῆς Ἀττικῆς· θυγάτηρ δὲ Πρωτογένεια· ἐξ ἧς καὶ Διὸς, Ἀέθλιος. Ἕλληνος δὲ καὶ νύμφης Ὀρσηΐδος, Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴο-

Tum verò Thessalicos montes aquarum diluuij immunes fuisse ferunt. nec non, quæ sunt Isthmum extra & Peloponnesum loca vndarũ vi omnia contecta fuerunt. quo tempore Deucalio nouem dies, totidémq; noctes pelago circumlatus, Parnassum demum appellit, ibíq; post imbriũ pausam egressus Ioui Phyxio, qui ad eum confugientibus opem ferre consueuit, sacris operatur. Iupiter interea demisso ad Deucalionem Mercurio, vt rogaret, quid ab eo vellet, iniunxit. Quo facto Deucalion humani generis reparationem deposcit: inde Iouis monitu sumptos de Terra lapides trans caput iactauit: tũ quos misit Deucalion, virorum faciem traxerunt: qui verò Pyrrhæ iactù transmissi sunt, in feminas abiere. Hinc itaque λαοὶ, quod est populi, translatione quadam dicti sunt, quasi lapidei. λᾶας enim Latinis lapidem significat. Porrò ex Deucalione ac Pyrrha nati sunt, Hellen, ante alios, quem ab Ioue ortum esse nonnulli tradunt: inde Amphictyon, qui cum Cranao Atticæ imperauit. Huic insuper Protogenea filia fuit: ex qua & Ioue Aëthlius procreatur. Ex Hellene verò & Orseide nympha, Dorus, Xuthus & Æo-

λος. αὐτοὺς μὲν οὖν ἀφ' αὑτοῦ τοὺς καλουμένους Γραικοὺς, προσηγόρευσεν Ἕλληνας· τοῖς δὲ παισὶν ἐμέρισε τὴν χώραν, καὶ Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα· ἀφ' ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται· Δῶρος δὲ, τὴν πέραν χώραν Πελοποννήσου λαβὼν, τοὺς κατοίκους ἀφ' ἑαυτοῦ, Δωριεῖς ἐκάλεσεν· Αἴολος δὲ, βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων, τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολεῖς προσηγόρευσε· καὶ γήμας Ἐναρέτην τὴν Δηϊμάχου, παῖδας μὲν ἐγέννησεν ἑπτὰ, Κρηθέα, Σίσυφον, Ἀθάμαντα, Σαλμωνέα, Δηϊόνα, Μάγνητα, Περιήρην· θυγατέρας δὲ πέντε, Κανάκην, Ἀλκυόνην, Πεισιδίκην, Καλύκην, Περιμήδην. Περιμήδης μὲν οὖν καὶ Ἀχελῴου, Ἱπποδάμας καὶ Ὀρέστης· Πεισιδίκης δὲ καὶ Μυρμιδόνος, Ἄντιφος καὶ Ἄκτωρ. Ἀλκυόνην δὲ, Κῆϋξ ἔγημεν Ἑωσφόρου παῖς. οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφάνειαν ἀπώλοντο. ὁ μὲν γὰρ, τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν· ἡ δὲ, τὸν ἄνδρα Δία. Ζεὺς δὲ αὐτοὺς ἀπωρνέωσε· καὶ τὴν μὲν, ἀλκυόνα ἐποίησε, τὸν δὲ, κήϋκα.

lus. Is quidem de se Hellenas qui postea Græci vocati sunt, nominauit: filiis & hic loca partitus est. Xuthus adeptus Peloponnesum, ex Creusa Erechthei filia, Achæum genuit & Ionem, à quibus Achiui & Iones nūcupantur. Dorus autem, quæ trans Pelopōnesum est, terram nactus, incolas suo de nomine Dorienses appellauit. Æolus verò locis Thessaliam proximis imperans, populis Æolensibus nomen imposuit. Qui ducta Enarete Deimachi filia, septem ex ea filios procreauit, Critheum, Sisyphum, Athamantem, Salmoneum, Deionem, Magnetem, & Perierem. Sed & filias quinque, Canachen, Halcyonem, Pisidicem, Calycen, ac Perimeden. Ex Acheloo verò & Perimede, Hippodamas & Orestes. Ex Pisidice & Myrmidone Antiphus & Acton nati sunt. Cæterum Halcyonem Ceyx Luciferi filius sibi in matrimonium duxit. Hi ob superbiam extincti fuerunt. Ille enim Iunonem sibi coniugem esse prædicabat: hæc verò Iouem virū esse sibi iactitabat. Vtrunq; Iupiter in aueis, illam in Halcyonem, hunc in mergum transformauit.

Κανάχη δὲ ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶνος Ὁπλέα καὶ Νηρέα, καὶ Ἐποπέα, καὶ Ἀλωέα, καὶ Τρίωπα. Ἀλωεὺς μὲν οὖν ἔγημεν Ἰφιμέδειαν τὴν Τρίωπος· ἥτις Ποσειδῶνος ἠράσθη, καὶ συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, χερσὶν ἀρυομένη τὰ κύματα τοῖς κόλποις ἐνεφόρει. συνελθὼν δὲ αὐτῇ Ποσειδῶν, δύο ἐγέννησε παῖδας, Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην, τοὺς Ἀλωείδας λεγομένους. οὗτοι κατ' ἐνιαυτὸν ηὔξανον πλάτος μὲν πηχυαῖον, μῆκος δὲ ὀργυιαῖον· ἐννέα δὲ ἐτῶν γενόμενοι, καὶ τὸ μὲν πλάτος πηχῶν ἔχοντες ἐννέα, τὸ δὲ μέγεθος ὀργυιῶν ἐννέα, πρὸς θεοὺς μάχεσθαι διενοοῦντο· καὶ τὴν μὲν Ὄσσαν ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἔθεσαν· ἐπὶ δὲ τὴν Ὄσσαν θέντες τὸ Πήλιον, διὰ τῶν ὀρῶν τούτων, ἠπείλουν εἰς οὐρανὸν ἀναβήσεσθαι· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν χώσαντες τοῖς ὄρεσι, ποιήσειν ἔλεγον ἤπειρον· τὴν δὲ, γῆν, θάλασσαν. ἐμνῶντο δὲ, Ἐφιάλτης μὲν Ἥραν· Ὦτος δὲ Ἄρτεμιν. ἔδησαν δὲ καὶ Ἄρην· τοῦτον μὲν οὖν Ἑρμῆς ἐξέκλεψεν. ἀνεῖλε δὲ τοὺς Ἀλωείδας ἐν ἀμάξῃ Ἄρτεμις δι' ἀπάτης· ἀλλάξασα γὰρ τὴν ἰδέαν εἰς ἔλαφον,

Atqui Canache & Neptunus Opleum, Nereum, Opopeum, Aloëúmque & Triopem genuerunt. Sed Aloëus Iphimediam Triopis filiã, quæ Neptunum exarſit, vxorem habuit: ea continenter ad mare ſe conferens, & hauſtos manibus fluctus intra ſinum ferebat. quæque à Neptuno compreſſa geminos peperit, Otum & Ephialtem, quos Alöidas appellarũt. Hi quotquot annis, latitudine, cubitum: longitudine verò, vlnam increſcebant: qui vbi nonum expleuere annum, latitudinem cubitûm nouem, & vlnarum totidem magnitudinem adepti, Ioui bellum inferre non erubuerunt. Proinde Olympo Oſſam impoſuerunt, Pelióque ſuper Oſſam impoſito, cum in modum cœlum conſcenſum ire minitari. Ingeſtis ad hæc montibus, de mari continentem, déque terra rurſus maria ſe reddituros dictitabant. Quinetiam Ephialtes Iunonem, Otus autem Dianam ſibi coniugem depoſcebant. Martem inſuper in vincula conieceres: quem demum Mercurius furto eripuit. Dianã interim Aloidas per dolum de curru peremit: nam in ceruam mutata per

διὰ μέσον αὐτῶν ἐπήδησεν. οἱ δὲ, βουλόμενοι εὐστοχῆσαι τὸ θηρίον, ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἠκόντισαν. Καλύκης δὲ καὶ Ἀεθλίου, παῖς Ἐνδυμίων γίνεται· ὅστις ἐκ Θεσσαλίας Αἰολέας ἀγαγὼν, Ἦλιν ᾤκησε. λέγουσι δὲ αὐτὸν τινὲς ἐκ Διὸς γενέσθαι. τούτου κάλλει διενεγκόντος ἠράσθη Σελήνη· Ζεὺς δὲ αὐτῷ δίδωσιν ὃ βούλεται ἑλέσθαι· ὁ δὲ, αἱρεῖται κοιμᾶσθαι διὰ παντὸς ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων. Ἐνδυμίωνος δὲ καὶ Σηΐδος νύμφης, ἢ Νηΐδος, ἤ, ὥς τινες, Ἰφιανάσσης, Αἰτωλός. ὃς ἀποκτείνας Ἄπιν τὸν Φορωνέως, καὶ φυγὼν εἰς τὴν Κουρῆτιδα χώραν, κτείνας τοὺς ὑποδεξαμένους Φθίας καὶ Ἀπόλλωνος υἱοὺς, Δῶρον καὶ Λαόδοκον, καὶ Πολυποίτην, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν χώραν Αἰτωλίαν ἐκάλεσε. Αἰτωλοῦ δὲ καὶ Προνόης τῆς Φόρβου, Πλευρὼν καὶ Καλυδὼν ἐγένετο· ἀφ᾽ ὧν αἱ ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεις ὠνομάσθησαν. Πλευρὼν μὲν οὖν γήμας Ξανθίππην τὴν Δώρου, παῖδα ἐγέννησεν Ἀγήνορα· θυγατέρας δὲ, Στεροπὴν καὶ Στρατονίκην καὶ Λεοφόντην. Καλυδῶνος δὲ καὶ Αἰολίας

eorum mediũ exiliuit. Tum hi velut in feram collimaturi, alter alterum telis coniectis occiderunt. Ad hæc Endymion Calyces & Aëthlij filius nascitur: qui eductis Æolensibus è Thessalia Elidẽ trãsmigrauit. Nec desunt qui eum Ioue natum esse memorarunt. hunc ob eximiam corporis pulchritudinem Luna flagrantissime deperiuit. Qui data ab Ioue, quæcunque vellet deligendi potestate, cum somno perpetuò immortalẽ sibi iuuentutẽ concedi postulauit. Cæterùm Ætolus Endymionis & Seidis Nymphæ, aut Naidis, siue, vt quidam aiunt, Iphianassæ filius fuit. Qui cum peremisset Apim Phoronei filium, atque in Curetidem terram aufugisset, occisis hospitibus, Phthiæ & Apollinis filiis, Doro & Laodoco, ac Polypœte, suo de nomine terram Ætoliam appellari censuit. Sed ex Ætolo & Pronoe Phorbi filia Pleurõn & Calydon nati sunt: à quibus, quæ sunt illis cognomines in Ætolia vrbes, nomen acceperunt. Pleuron ducta vxore Xãthippe, Dorî filia, Agenorem procreat, & filias Steropen, Stratonicenque & Leophontem. Calydon autem ex Æolia

τῆς Ἀμυθάονος, Ἐπικάστη [καὶ] Πρωτογένεια· ἐξ ἧς καὶ Ἄρεος, Ὄξυλος. Ἀγήνωρ δὲ ὁ Πλευρῶνος, γήμας Ἐπικάστην τὴν Καλυδῶνος, ἐγέννησε Παρθάονα καὶ Δημονίκην· ἧς καὶ Ἄρεος, Εὔηνος, Μῶλος, Πύλος, Θέστιος. Εὔηνος μὲν οὖν ἐγέννησε Μάρπησσαν· ἣν Ἀπόλλωνος μνηστευομένου, Ἴδας ὁ Ἀφαρέως, ἥρπασε, λαβὼν παρὰ Ποσειδῶνος ἅρμα ὑπόπτερον· διώκων δὲ Εὔηνος ἐφ' ἅρματος, ἐπὶ τὸν Λυκόρμαν ἦλθε ποταμόν· καταλαβεῖν δ' οὐ δυνάμενος, τοὺς μὲν ἵππους ἀπέσφαξεν· ἑαυτὸν δ' εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλε· καὶ καλεῖται Εὔηνος ὁ ποταμὸς παρ' ἐκείνου. Ἴδας δὲ εἰς Μεσσήνην παραγίνεται, καὶ αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων περιτυχὼν, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην. μαχομένων δὲ αὐτῶν περὶ τῶν τῆς παιδὸς γάμων, Ζεὺς διαλύσας, ἐπέτρεψεν αὐτῇ τῇ παρθένῳ ἑλέσθαι ὁποτέρῳ βούλεται συνοικεῖν. ἡ δὲ, δείσασα ὡς ἂν μὴ γηρῶσαν αὐτὴν Ἀπόλλων καταλίπῃ, τὸν Ἴδαν εἵλετο ἄνδρα. Θεστίῳ δὲ ἐξ Εὐρυθέμιδος τῆς Κλεοβοίας, ἐγένοντο θυγατέρες μὲν, Ἀλθαία, Ὑπερμνήστρα· ἄρρενες δὲ, Ἴφικλος,

Amythaonis filia, Epicaſten & Protogeneam ſuſcepit, ex qua & Marte naſcitur Oxylus. Agenor Pleuronis filius, Epicaſten Calydone natam coniugem duxit, de qua Parthaonem & Demonicen genuit: quæ de Marte marito, Euenum, Molum, Pylum, Theſtiúmque conceptos peperit. Euenus ſanè Marpeſſam, quam cum Apollo ſibi collocari in matrimonium quæritaret, Idas Apharei proles, ſumpto à Neptuno curru pennato rapuit: illum inde è curru inſequens Euenus ad amnem Lycormam venit, neque aſſequendi voti compos factus equos iugulauit, ſéque ipſum deinceps in fluuium præcipitem dedit: eíque Euenus nomen inditum fuit. At Idæ Meſſenem proficiſcẽti obuiam factus Apollo virginem aufert. qui, cum inter ſe de puellę matrimonio concertarent, Iupiter eorũ lite dirempta, virgini, vtri collocari vellet, optionem dedit. Hæc verita ne ſe anum factã Apollo deſereret, Idam ſibi virum eſſe maluit. Theſtius verò ex EYrythemide Cleobœæ filia, fœminei ſexus quidem, Althæam & Hypermneſtram ſuſtulit; mares autem, Iphiclum,

Εὔιππος, Πλήξιππος, Εὐρύπυλος. Παρθάονος δὲ καὶ Εὐρύτης Ἱπποδάμαντος, ἐγένοντο παῖδες, Οἰνεὺς, Ἄγριος, Ἀλκάθοος, Μέλας, Λευκωπεύς· θυγάτηρ δὲ, Στεροπή· ἐξ ἧς καὶ Ἀχελώου, Σειρῆνας γενέσθαι λέγουσιν. Οἰνεὺς δὲ, βασιλεύων Καλυδῶνος, παρὰ Διονύσου φυτὸν ἀμπέλου πρῶτος ἔλαβε. γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεστίου, γεννᾷ Τοξέα· ὃν αὐτὸς ἔκτεινεν ὑπερπηδήσαντα τὴν τάφρον· καὶ πρὸς τούτῳ Θυρέα καὶ Κλύμενον, καὶ θυγατέρα Γόργην, ἣν Ἀνδραίμων ἔγημεν· καὶ Δηϊάνειραν, ἣν Ἀλθαίαν λέγουσιν ἐκ Διονύσου γεννῆσαι· αὕτη δ᾽ ἡνιόχει [καὶ τὰ] κατὰ πόλεμον ἤσκει· καὶ περὶ τῶν γάμων αὐτῆς Ἡρακλῆς πρὸς Ἀχελῷον ἐπάλαισεν. ἐγέννησε δὲ Ἀλθαία παῖδας ἐξ Οἰνέως Μελέαγρον· ὃν ἐξ Ἄρεος γεγεννῆσθαι φασί· τούτου δ᾽ ὄντος ἡμερῶν ἑπτὰ, παραγενομένας τὰς μοίρας, φασὶ δὲ εἰπεῖν, τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ· τοῦτο ἀκούσασα, τὸν δαλὸν ἀνείλετο Ἀλθαία, καὶ κατέθετο εἰς λάρνακα. Μελέαγρος δὲ,

EVippum, Plexippum EVrypylumque creauit. Parthaonis verò & EVrytes Hippodamantis, filij fuere OEneus, Agrius, Alcathous, Melas, & Leucopeus: filia Sterope, de qua & Acheloo Sirenas ortas esse dicunt. Sed OEneus Calydone imperans vitis plantam à Dionysio primus accepit, ac ducta vxore Althæa Thestij filia Toxeum gignit, quem ipse, quòd fossam transilierit, interfecit: & post hunc, Thyreum & Clymenum, filiam quoque Gorgen, quæ nupsit Andræmoni: ac Deianiram, quam nonnulli Althæam ipsam ex Dionysio genuisse ferunt. Hæc autem aurigandi perita rem bellicam exercebat: de cuius matrimonio Hercules cum Acheloo dimicauit. Sed Althæa ex OEneo Meleagrum conceptum peperit: quem Marte satum quidam fuisse tradũt: ad quem septem dies natum, ipsas iam aduenisse Parcas, ac dixisse aiunt, Tum Meleagrum extinctum iri, cum stipes in foco accensus perustus fuerit, quod vbi mater audiuit, stipitem ex igne sublatum, intra arcam asseruandi causa condidit. Porrò Meleager cum

ἀνὴρ ἄτρωτος καὶ γενναῖος γενόμενος, τόνδε τὸν τρόπον ἐτελεύτησεν. Ἐτησίων καρπῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων, τὰς ἀπαρχὰς Οἰνεὺς θεοῖς πᾶσι θύων, μόνης Ἀρτέμιδος ἐξελάθετο. μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς, κάπρον ἐφῆκεν ἔξοχον μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ, ὃς τήν τε γῆν ἄσπορον ἐτίθει, καὶ τὰ βοσκήματα καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας διέφθειρεν. ἐπὶ τοῦτον τὸν κάπρον, τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάντας ἐκάλεσε, καὶ τῷ κτείναντι τὸν θῆρα, τὴν δορὰν δώσειν ἀριστεῖον ἐπηγγείλατο. οἱ δὲ συνελθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ κάπρου θήραν, ἦσαν οἵδε· Μελέαγρος Οἰνέως· Δρύας Ἄρεος· ἐκ Καλυδῶνος οὗτοι. Ἴδας τε Λυγκεὺς Ἀφαρέως, ἐκ Μεσσήνης· Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, Διὸς καὶ Λήδας, ἐκ Λακεδαίμονος· Θησεὺς Αἰγέως, ἐξ Ἀθηνῶν· Ἄδμητος Φέρητος, ἐκ Φερῶν· Ἀγκαῖος τε Κηφεὺς, Λυκούργου, ἐξ Ἀρκαδίας. Ἰάσων Αἴσονος, ἐξ Ἰωλκοῦ· Ἰφικλῆς Ἀμφιτρύωνος, ἐκ Θηβῶν· Πειρίθους Ἰξίονος, ἐκ Λαρίσσης· Πηλεὺς Αἰακοῦ, ἐκ Φθίας· Τελαμὼν Αἰακοῦ, ἐκ Σαλαμῖνος· Εὐρυτίων

natura esset inuulnerabilis ac generosus, hunc in modũ occubuisse dicitur. Cum annuæ in agro fruges rediissent, rerum primitias OEneus diis omnibus, vna tantum Diana per obliuionem prætermissa, dono dedit. Quocirca irata dea aprum immisit, & magnitudine & robore insignem, qui terram coli, ac in ea sata fieri minimè sinebat, pecoráque omnia, & obuium quemque tollebat è medio. In hunc itaque aprum, valentissimũ quemque conuocauit, eique, qui feram tam immanem occidisset, pellem pulcherrimi facinoris præmium se daturum pollicetur. Qui verò ad apri venationem conuenerint, hi fuere. Meleager OEnei, Dryas Martis, hi Calydonij sunt: Idas & Lynceus Apharei, Messenij: Castor ac Pollux fratres, Iouis& Ledæ filij, Lacedæmonij: Theseus Ægei Atheniensis: Admetus Pheretis, domo Pheris: Ancæus Cepheúsque, Lycurgi ex Arcadia: Iason Æsonis ab Iolco: Iphicles Amphitryonis Thebanus: Pirithous Ixionis, Larissæus: Peleus Æaci à Phthia: Telamon Æaci Salaminius: EVrytion

Ἄκτορος, ἐκ Φθίας· Ἀταλάντη Σχοινέως, ἐξ Ἀρκαδίας· Ἀμφιάραος Οἰκλέους, ἐξ Ἄργους. μετὰ τούτων καὶ οἱ Θεστίου παῖδες. συνελθόντας δὲ αὐτοὺς, Οἰνεὺς ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας ἐξένισε· τῇ δεκάτῃ δὲ, Κηφέως καὶ Ἀγκαίου καί τινων ἄλλων ἀπαξιούντων μετὰ γυναικὸς ἐπὶ τὴν θήραν ἐξιέναι, Μελέαγρος, ἔχων γυναῖκα Κλεοπάτραν, τὴν Ἴδου καὶ Μαρπήσσης θυγατέρα, βουλόμενος δὲ καὶ ἐξ Ἀταλάντης τέκνον ποιήσασθαι, συνηνάγκασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν θήραν μετὰ ταύτης ἐξιέναι. περιστάντων δὲ αὐτῶν τὸν κάπρον, Ὑλεὺς μὲν καὶ Ἀγκαῖος ὑπὸ τοῦ θηρὸς διεφθάρησαν· ΕΥρυτίωνα δὲ Πηλεὺς ἄκων κατηκόντισε. τὸν δὲ κάπρον πρώτη μὲν Ἀταλάντη εἰς τὰ νῶτα ἐτόξευσε· δεύτερος δὲ Ἀμφιάραος εἰς τὸν ὀφθαλμόν· Μελέαγρος δὲ αὐτὸν εἰς τὸν κενεῶνα πλήξας, ἀπέκτεινε· καὶ λαβὼν τὸ δέρας, ἔδωκεν Ἀταλάντῃ. οἱ δὲ Θεστίου παῖδες ἀδοξοῦντες, εἰ παρόντων ἀνδρῶν γυνὴ τὰ ἀριστεῖα λήψεται, τὸ δέρας αὐτῆς ἀφείλοντο, κατὰ γένος αὐτοῖς προσήκειν λέγοντες, εἰ Μελέαγρος λαμβάνειν μὴ προαιροῖτο.

Actoris, Phthius: Atalanta Schœnei ab Arcadia: Amphiaraus Oiclei Argiuus: Quibus cum & Thestij filij conuenerunt. hos, vbi coiuissent, OEneus nouē dies hospitio suscepit: decimo autem pòst die Cepheum Anceúmque, ac nonnullos alios venatum ire cum fœmina indignum facinus esse reputanteis, Meleager Cleopatrę, Idæ & Marpessæ filiæ, maritus, quòd ex Atalanta quoque liberos procreare desiderabat, illos cū ipsa simul in venationem exire compulit. Deinde verò, cum clarissimi illi venatores aprum ipsum circumstitissent, Hyleus atque Ancęus à bellua crudeliter vulnerati interierunt. Sed Pyleus EVrytionęm nolens iaculo confodit. & Atalanta omnium prima feram in tergo sagitta percussit: ab illa verò Amphiaraus aprū in oculo vulnerauit: inde Meleager transfosso látere, belluam interfecit. Mox detractam pellem Atalantæ muneri dedit. Tum Thestij filij, quòd viris præsentibus fœminæ præmia concedantur, improbati, pellem Atalantæ donatam abripiunt: quam sibi iure sanguinis obuenire, si Meleager eā capere nolit, affirmabāt.

ὀργισθεὶς δὲ Μελέαγρος, τοὺς μὲν Θεστίου παῖδας ἀπέκτεινε, τὸ δὲ δέρας ἔδωκε τῇ Ἀταλάντῃ. Ἀλθαία δὲ, λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ τῶν ἀδελφῶν ἀπωλείᾳ, τὸν δαλὸν ἧψε· καὶ ὁ Μελέαγρος ἐξαίφνης ἀπέθανεν. οἱ δὲ φασὶν οὐχ᾽ οὕτω Μελέαγρον τελευτῆσαι· ἀμφισβητούντων δὲ τῆς θήρας [φασὶ] τῶν Θεστίου παίδων, ὡς Ἰφίκλου πρώτου βαλόντος, Κούρησι καὶ Καλυδωνίοις πόλεμον ἐνστῆναι. ἐξελθόντος δὲ Μελεάγρου, καὶ τινὰς τῶν Θεστίου παίδων φονεύσαντος, Ἀλθαίαν ἀράσασθαι κατ᾽ αὐτοῦ· τὸν δὲ ὀργιζόμενον οἴκοι μένειν. ἤδη δὲ τῶν πολεμίων τοῖς τείχεσι προσπελαζόντων, καὶ τῶν πολιτῶν ἀξιούντων μεθ᾽ ἱκετείας βοηθεῖν, μόλις πεισθέντα ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐξελθεῖν, καὶ τοὺς λοιποὺς κτείναντα τῶν Θεστίου παίδων, ἀποθανεῖν μαχόμενον· μετὰ δὲ τὸν Μελεάγρου θάνατον, Ἀλθαία καὶ Κλεοπάτρα ἑαυτὰς ἀνήρτησαν. αἱ δὲ θρηνοῦσαι τὸν νεκρὸν γυναῖκες, ἀπορνεώθησαν. Ἀλθαίας δὲ ἀποθανούσης, ἔγημεν Οἰνεὺς Περίβοιαν τὴν Ἱππονόου.

Quamobrem irarum plenus Meleager, Thestij filios obtruncauit, ac pellem Atalantæ restituit. Interea verò Althæa mœrore confecta de fratrum cæde, stipitem rursus accendit, quo facto Meleager extemplo contabuit. Sunt autẽ, qui Meleagrum non ita extinctum fuisse dicant: Sed cum Thestij filij de fera ita contenderent, quòd primus omnium Iphicles aprum sauciasset, Curetibus & Calydoniis bellum conflatum esse. Inde in medium progressus Meleager, nonnullos etiam è Thestij filiis occidit. Tum Althæam filium execratam fuisse aiunt, eum verò ob conceptam iram domi mansitasse. Dehinc hostibus admœnia proximè accedentibus, & ciuibus ipsum suppliciter, vt patriæ laboranti opem ferret, orantibus, ægre ab vxore persuasum tandem domo exiisse memorant: atq; vbi reliquos Thestij filios occidit, pugnando in humanis esse desiisse. Post autem Meleagri interitum, Althęa & Cleopatra sese suspenderunt. Et, quæ mortuum deplorauere mulieres in aueis sunt commutatę. OEneus, Althæa vbi è vita discessit, Peribœam Hipponoi filiam duxit vxorem.

Ταύτην δὲ, ὁ μὲν γράψας τὴν Θηβαΐδα, πολεμηθείσης Ὠλένου λέγῃ λαβεῖν Οἰνέα γέρας· Ἡσίοδος δὲ, ἐξ Ὠλένου τῆς Ἀχαΐας ἐφθαρμένην ὑπὸ Ἱπποστράτου τοῦ Ἀμαρυγκέως, Ἱππόνουν τὸν πατέρα πέμψαι πρὸς Οἰνέα πόῤῥω τῆς Ἑλλάδος ὄντα, ἐντειλάμενον ἀποστεῖλαι. εἰσὶ δὲ τινες οἱ λέγοντες Ἱππόνουν ἐπιγνόντα τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἐφθαρμένην ὑπὸ Οἰνέως, ἔγκυον αὐτὴν πρὸς τοῦτον ἀποπέμψαι. ἐγεννήθη δὲ ἐκ ταύτης Οἰνεῖ Τυδεύς. Πείσανδρος δὲ αὐτὴν ἐκ Γόργης γενέσθαι λέγει. τῆς γὰρ θυγατρὸς Οἰνέα κατὰ τὴν βούλησιν Διὸς ἐρασθῆναι. Τυδεὺς δὲ, ἀνὴρ γενόμενος γενναῖος, ἐφυγαδεύθη, κτείνας, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἀδελφὸν Οἰνέως Ἀλκάθοον· ὡς δὲ ὁ τὴν Ἀλκμαιονίδα γεγραφὼς, τοὺς Μέλανος παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Φηνέα, Εὐρύαλον, Ὑπέρλαον, Ἀντίοχον, Εὐμήδην, Στέρνοπα, Ξάνθιππον, Σθένελον· ὡς δὲ Φερεκύδης φησὶν, Ὠλένιον ἀδελφὸν ἴδιον. Ἀγρίου δὲ δίκας ἐπάγοντος αὐτῷ, φυγὼν εἰς Ἄργος, ἧκε πρὸς Ἄδραστον·

Hanc autem, qui Thebaidem conscripsit expugnata, inquit, Oleno cepisse OEnea munus. Sed Hesiodus, ex Oleno Achaiæ oppido, defloratam ab Hippostrato Amaryncei filio, Hipponoum patrem misisse ad OEneum, qui tum procul à Græcia agebat, vt ipsam longè aliquò amandaret, præcepisse. Sunt quoque qui referant, Hipponoum, cum filiam suam ab OEneo vitiatam fuisse cognouisset, grauidam ipsam ad hũc ablegasse, quæ demum OEneo Tydeum peperit. Pisander autem ipsam ex Gorge ortam esse ait, OEneúmque Iouis nutu filiam ardentissimè deperisse. Tydeus verò, cum iam vir fortissimus euasisset, interfecto, vt quidam docent, OEnei fratre Alcathoo, in exilium fuit eiectus. Sed is, qui Alcmæonidem tragœdiam scripsit, testatur, Melanis filios OEneo insidiãtes, nempe Phineum, EVryalum, Hyperlaum, Antiochen, EVmedem, Sternopẽ, Xanthippum, ac Sthenelum: vt verò Pherecydes ait, Olenium fratrem ipsum suum: Agrio autem ipsi dicam impingente, confugisse ad Argiuos, Adrastúmque adisse,

καὶ τὴν τούτου γήμας θυγατέρα Δηϊπύλην, ἐγέννησε Διομήδην. Τυδεὺς μὲν οὖν, ἐπὶ Θήβας μετὰ Ἀδράστου στρατευσάμενος, ὑπὸ Μελανίππου τρωθεὶς ἀπέθανεν. οἱ δὲ Ἀγρίου παῖδες, Θέρσιππος, Ὄγχηστος, Πρόθοος, Κελεύτωρ, Λυκωπεὺς, Μελάνιππος, ἀφελόμενοι τὴν Οἰνέως βασιλείαν, τῷ πατρὶ ἔδωκαν· καὶ προσέτι ζῶντα τὸν Οἰνέα καθείρξαντες ᾐκίζοντο. ὕστερον δὲ Διομήδης ἐξ Ἄργους παραγενόμενος μεθ' ἄλλου κρύφα, τοὺς μὲν Ἀγρίου παῖδας, χωρὶς Ὀγχηστοῦ καὶ Θερσίππου, πάντας ἀπέκτεινεν· οὗτοι γὰρ, φθάσαντες εἰς Πελοπόννησον ἔφυγον· τὴν δὲ βασιλείαν ἐπειδὴ γηραιὸς ἦν ὁ Οἰνεὺς, Ἀνδραίμονι τῷ τὴν θυγατέρα τοῦ Οἰνέως γήμαντι δέδωκε· τὸν δὲ Οἰνέα εἰς Πελοπόννησον ἦγεν. οἱ δὲ διαφυγόντες Ἀγρίου παῖδες, ἐνεδρεύσαντες περὶ τὴν Τηλέφου ἑστίαν τῆς Ἀρκαδίας, τὸν πρεσβύτην ἀπέκτειναν. Διομήδης δὲ, τὸν νεκρὸν εἰς Ἄργος κομίσας, ἔθαψεν, ἔνθα νῦν πόλις ἀπ' ἐκείνου Οἰνόη καλεῖται, καὶ γήμας Αἰγιάλειαν τὴν Ἀδράστου,

ductáque eius filia Deipyle in matrimonium, Diomedem procreasse. Tydeus itaque aduersus Thebas cũ Adrasto in bellum profectus, à Menalippo vulneratus occubuit. Sed Agrij filij, Thersippus, Onchestus, Prothous, Celeutor, Lycopeus, Melanippus, occupatũ OEnei regnum patri attribuerunt: quinetiam viuentem adhuc OEneum in vincula coniectum flagris cædebant. Deinde verò Diomedes ab Argis regressus cum altero clanculum, Agrij quidem filios præter Onchestum Thersippúmque, omneis è medio sustulit, quoniam illi in Peloponnesum ex fuga sese antea recepissent. Atqui regnum, cum iam senio confectus OEneus esset, Andræmoni OEnei filiæ marito concessit habendum, OEneúmque in Peloponnesum abduxit. Sed, qui periculum euaserant, Agrij filij in insidiis latitantes, circa Telephi vestam in Arcadia senem occiderunt. Verùm vita functum Diomedes Argos translatum, hic, vbi nunc ab eo vrbi nomen est inditum OEnoë, sepeliuit: & ducta vxore Ægialea Adrasti filia,

ὡς ἔνιοι φασὶ, τοῦ Αἰγιαλέως, ἐπί τε Θήβας καὶ Τροίαν ἐστράτευσε. τῶν δὲ Αἰόλου παίδων, Ἀθάμας δυναστεύων Βοιωτίας, ἐκ Νεφέλης τεκνοῖ μὲν παῖδα Φρίξον, θυγατέρα δὲ Ἕλλην· αὖθις δὲ Ἰνὼ γαμεῖ· ἐξ ἧς αὐτῷ Λέαρχος καὶ Μελικέρτης ἐγένοντο. ἐπιβουλεύουσα δὲ Ἰνὼ τοῖς Νεφέλης τέκνοις, ἔπεισε τὰς γυναῖκας τὸν πυρὸν φρύγειν· λαμβάνουσαι δὲ κρύφα τῶν ἀνδρῶν, τοῦτο ἔπρασσον. Γῆ δὲ, πεφρυγμένους πυροὺς δεχομένη, καρποὺς ἐτησίους οὐκ ἀνεδίδου. διὸ πέμπων ὁ Ἀθάμας εἰς Δελφοὺς, ἀπαλλαγὴν ἐπυνθάνετο τῆς ἀφορίας. Ἰνὼ δὲ τοὺς πεμφθέντας ἀνέπεισε λέγειν, ὡς εἴη κεχρησμένον παύσεσθαι τὴν ἀκαρπίαν, ἐὰν σφαγῇ Διὶ ὁ Φρίξος. τοῦτο ἀκούσας Ἀθάμας, συναναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν τὴν γῆν κατοικούντων, τῷ βωμῷ παρέστησε Φρίξον. Νεφέλη δὲ μετὰ τῆς θυγατρὸς αὐτὸν ἀνήρπασε· καὶ παρὰ Ἑρμοῦ λαβοῦσα χρυσόμαλλον κριὸν ἔδωκεν· ἐφ' οὗ φερόμενοι δι' οὐρανοῦ, τὴν μεταξὺ γῆν ὑπερέβησαν, καὶ θάλασσαν. ὡς δὲ ἐγένοντο κατὰ τὴν μεταξὺ κειμένην θάλασσαν Σιγείου καὶ Χερρονήσου,

siue, vt aliis placet, Ægialei, contra Thebas Troiámque bellum intulisse perhibent. Cæterùm ex Æoli filiis Athamas Bœotiæ regulus, ex Nephele marem genuit Phrixum, filiam verò Hellen. & is vxore Nephele mortua, Inonem sibi connubio iungit: de qua Learchum & Melicertam filios habuit. Sed insidias nectens à Nephele natis Ino, triticum vt torrerent mulieres, persuasit. quo sumpto clàm viris, imperata faciunt. Terra, quòd fruges tostas excepisset, annonam minimè tribuebat. Quocirca Delphos Athamas de caritate ac penuria rerum vitāda misit, qui scitaretur oraculum. Ino verò, missos ad id respondendum induxit, vt, si sterilitate liberari velint, Apollinem præcepisse referant, Ioui Phrixum esse iugulādum. Quod vbi accepit Athamas, cum ab agrorū colonis impelleretur, Phrixū ad aram constituit. Nephele interim ipsum cum filia eripuit, & à Mercurio aurei velleris arietē acceptū dedit: quo cū per aerem veherentur, quicquid terræ ac maris interiacebat, superarūt. Post, cum ad id freti quod Sigeum inter & Chersonesum existit,

ὤλισθεν εἰς τὸν βυθὸν ἡ Ἕλλη· κἀκεῖ θανούσης αὐτῆς, ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος ἐκλήθη τὸ πέλαγος. Φρίξος δὲ ἦλθεν εἰς Κόλχους, ὧν Αἰήτης ἐβασίλευε παῖς Ἡλίου καὶ Περσηίδος· ἀδελφῆς δὲ Κίρκης, καὶ Πασιφάης, ἣν Μίνως ἔγημεν. οὗτος αὐτὸν ὑποδέχεται, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων Χαλκιόπην δίδωσιν. ὁ δὲ, τὸν χρυσόμαλλον κριὸν Διὶ θύει Φυξίῳ· τὸ δὲ δέρας Αἰήτῃ δίδωσιν. ἐκεῖνος δὲ αὐτὸ περὶ δρυῒ ἐν Ἄρεος ἄλσει καθήλωσεν. ἐγένοντο δὲ ἐκ Χαλκιόπης τῆς Αἰήτου τέσσαρες Φρίξῳ παῖδες, Ἄργος, Μέλας, Φρόντις, Κύτωρος. Ἀθάμας δὲ ὕστερον διὰ μῆνιν Ἥρας, καὶ τῶν ἐξ Ἰνοῦς ἐστερήθη παίδων. αὐτὸς μὲν γὰρ μανεὶς, ἐτόξευσε Λέαρχον. Ἰνὼ δὲ Μελικέρτην μεθ' ἑαυτῆς εἰς πέλαγος ἔρριψεν. ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας, ἐπυνθάνετο τοῦ θεοῦ ποῦ κατοικήσει. χρησθέντος δὲ αὐτῷ κατοικεῖν ἐν ᾧπερ ἂν τόπῳ ὑπὸ ζώων ἀγρίων ξενισθῇ, πολλὴν χώραν διελθὼν, ἐντυγχάνει λύκοις προβάτων μηροὺς νεμομένοις.

venissent, Helle in profundum decidit, ibíque extincta ab ea Hellespontus appellatur. Phrixus autem in Colchos vsque penetrauit; huc scilicet, vbi Æetes Solis ac Perseidis filius imperabat. Hanc Circes & Pasiphaes, quam Minos coniugem habuit; sororem fuisse perhibent. Æetes itaque Phrixum hospitio suscepit, eíque Chalciopem filiam nuptui dedit. Hic autem Ioui Phyxio velleris aurei arietem sacrificauit: & eius pellem Æetæ socero dono dedit. Is autem ad quercum in Martis luco eam clauis confixit. Phryxus verò ex Chalciope Æetæ filios quatuor extulit, Argum, Melanem, Phrontidem, & Cytorum. Athamas deinde ob Iunonis iram, & filiis etiam, quos ex Inone sustulerat, orbatus fuit. Ipse enim furore percitus Learchũ sagitta interemit. Ino autẽ Melicertã secum ipsa in mare deiecit. Is è Bœotiá pulsus Deũ rogauit, vbi nã gentium esset habitaturus, oraculo monitus est, eo in loco, vbi ab agrestibus animantibus hospitio exceptus fuerit, sedem poneret. Qui, cum multum terrarum peragrasset, lupis, q; ouiũ femoribus pascebãtur, fit obuius:

οἱ δὲ θεωρήσαντες αὐτὴν, ἃ διηροῦντο ἀπολιπόντες ἔφυγον. Ἀθάμας δὲ κτίσας τὴν χώραν, Ἀθαμαντίαν ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσε. καὶ γήμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, ἐγέννησε Λεύκωνα, Ἐρυθρόην, Σχοινέα, Πτόον. Σίσυφος δὲ Αἰόλου κτίσας Ἐφύραν τὴν νῦν λεγομένην Κόρινθον, γαμεῖ Μερόπην τὴν Ἄτλαντος. ἐξ αὐτῶν παῖς γίνεται Γλαῦκος, ᾧ παῖς Βελλεροφόντης ἐξ Εὐρυμέδης ἐγεννήθη· ὃς ἔκτεινε τὴν πυρίπνουν Χίμαιραν. κολάζεται δὲ Σίσυφος ἐν ᾅδου, πέτρον ταῖς χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ κυλίων, καὶ τοῦτον ὑπερβάλλειν θέλων· οὗτος δὲ ὠθούμενος ὑπ' αὐτοῦ, ὠθεῖται πάλιν εἰς τοὐπίσω. τίνει δὲ ταύτην τὴν δίκην, διὰ τὴν Ἀσωποῦ θυγατέρα Αἴγιναν. ἁρπάσαντα γὰρ αὐτὴν κρύφα Δία, Ἀσωπῷ μηνύσαι ζητοῦντι λέγεται. Δηΐων δὲ βασιλεύων τῆς Φωκίδος, Διομήδην τὴν Ξούθου γαμεῖ· καὶ αὐτῷ γίνεται θυγάτηρ μὲν Ἀστεροπεία· παῖδες δὲ Αἰνετὸς, Ἄκτωρ, Φύλακος, Κέφαλος, ὃς γαμεῖ Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως. αὖθις δὲ ἡ Ἠὼς αὐτὸν ἁρπάζει ἐρασθεῖσα.

quem cum illi vidissent, quę dilaniabant, relictis, in fugam sese dederunt. Post Athamas, loco exædificato à se nomen Athamantiam imposuit. Deinde Themistonem Hypsei filiam cepit vxorem, ex eáque Leuconem, Erythroem, Schœneum, & Ptoum genuit. Sisyphus autem Æoli filius condita Ephyra, cui nunc Corintho est nomen, Meropem Atlantis filiam sibi vxorem coniungit: ex iis Glaucus oritur, qui Bellerophontem ex EVrimede suscepit. Hic igniuomam Chimæram occidit. Ad hæc Sisyphus apud inferos saxo manibus & capite subuoluendo cruciatur, idque, vbi in summa reportauit: deintegro mox ad ima deuoluitur. Sunt, qui hanc pœnam ob Æginam Asopi illatam fuisse dicant. Quòd occultam illius raptorẽ Iouem Asopo filiam vestigãti detexisse fertur. Deion autẽ Phocidis rex Diomedam Xuthi filiam duxit vxorem: quæ illi filiam Asteropeam parit, & mares Ænetum, Actorem, Phylacum, & Cephalum, qui Procrin Erechthei filiam sibi coniugauit. Hunc autem contrà AVrora impatienter amãs, rapuit.

Περιήρης δὲ Μεσσήνην καταλαβὼν, Γοργοφόνην τὴν Περσέως ἔγημεν. ἐξ ἧς Ἀφαρεὺς αὐτῷ καὶ Λεύκιππος, καὶ Τυνδάρεως, ἔτι τε Ἰκάριος, παῖδες ἐγένοντο. πολλοὶ δὲ τὸν Περιήρην λέγουσιν, οὐκ Αἰόλου παῖδα, ἀλλὰ Κυνόρτα τοῦ Ἀμύκλα. διόπερ τὰ περὶ τῶν Περιήρους ἐκγόνων, ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ γένει δηλώσομεν. Μάγνης δὲ Αἰόλου γαμεῖ νύμφην Ναΐδα. καὶ γίνονται αὐτῷ παῖδες, Πολυδέκτης καὶ Δίκτυς. οὗτοι Σέριφον ᾤκησαν. Σαλμωνεὺς δὲ, τὸ μὲν πρότερον περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει. παραγενόμενος δὲ αὖθις εἰς Ἦλιν, ἐκεῖ πόλιν ἔκτισεν. ὑβριστὴς δὲ ὢν, καὶ τῷ Διῒ ἐξισοῦσθαι θέλων, διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐκολάσθη. ἔλεγε γὰρ ἑαυτὸν εἶναι Δία· καὶ τὰς ἐκείνου ἀφελόμενος θυσίας, ἑαυτῷ προσέτασσε θύειν. καὶ βύρσας μὲν ἐξηρημένας ἐξ ἅρματος μετὰ λεβήτων χαλκῶν σύρων, ἔλεγε βροντᾶν. βάλλων δὲ εἰς οὐρανὸν αἰθομένας λαμπάδας, ἔλεγεν ἀστράπτειν. Ζεὺς δὲ αὐτὸν κεραυνώσας, τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ πόλιν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἠφάνισε πάντας.

At Perieres Messena potitus, Gorgophonem Persei filiam in matrimonium accepit: de qua Aphareus, Leucippus, Tyndareus & Icarius filij orti sunt. Plerique verò Pericrem asserũt non Æoli, sed Cynortæ, qui Amyclæ filius fuit, natum. Proinde, quæ de Perieris nepotibus traduntur, vbi de Atlantis genere agetur, dicemus. Magnes autem Æoli filius, Naidem nympham ducit vxorem, ex qua filios gignit Polydectem ac Dictyn. Hi Seriphum incoluere. Salmoneus autem prius quidem circa Thessaliam habitauit, at reuersus ipse in Elidem, vrbem ibi condidit. Qui cum contumeliosus suopte foret ingenio, seque Ioui adæquaret, suæ ipsius impietatis pœnas luit. Nam se Iouem esse prædicabat, & quæ illi dedicari solebant, ea sibi immolari iubebat. Necnon pelles detractas in quadriga cum lebetibus æneis agitãs tonitrua se concitare dictitabat, necnon iaculans in cœlum ardenteis faces, fulgura se imitari iactitabat. Hinc ipsum Iupiter fulminat: vrbémque ab eo conditam, extinctis ciuibus omnibus solo æquauit.

Τυρὼ δὲ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης, παρὰ Κρηθεῖ τῷ Σαλμονέως ἀδελφῷ τρεφομένη, ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ· καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο. Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ, συγκατεκλίθη αὐτῇ. ἡ δὲ, γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν. ἐγκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν, παριόντων ἱπποφορβῶν, ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν, πελιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν. ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε. καὶ τὸν μὲν, πελιωθέντα, Πελίαν ἐκάλεσεν· τὸν δὲ ἕτερον, Νηλέα. τελειωθέντες δὲ, ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα, καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν σιδήρῳ. κακουμένην γὰρ γνόντες ὑπ' αὐτῆς τὴν μητέρα, ὥρμησαν ἐπ' αὐτήν. ἡ δὲ, φθάσασα εἰς τὸ τῆς Ἥρας τέμενος, κατέφυγεν. Πελίας δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν βωμῶν αὐτὴν κατέσφαξε. καὶ καθόλου διετέλει τὴν Ἥραν ἀτιμάζων. ἐστασίασαν δ' ὕστερον πρὸς ἀλλήλους.

Cęterùm Tyro Salmonei filia ex Alci[illegible], quæ, cum apud Cretheum Salmonei fratrem aleretur, Enipei fluminis amore flagrauit, atque ad illius fluenta continenter accedens, propter amnem cõqueri minime desinebat. Neptunus interim sumpta Enipei forma, cum ipsa concubuit. Hęc autem, cum geminos clanculũ peperisset, infantes exponit. Adiacentibus autem pueris, & equariis pastoribus prætereuntibus, equarum vna, cum infantiũ alterũ vngula, casu quodam, tetigisset, faciei partẽ liuidulam reddidit. Tum equarius infanteis ambos suscepit alẽdos, &, cui liuidula reddita est facie pars, Peliam nominauit, quasi Liuium dixeris: alterum verò Neleum vocat. Qui cum ad iustam integrámque ætatem peruenissent, agnita matre, nouercã, quòd eius opera parentem male affectam percepissent, facto in eam impetu occiderunt: quæ, tã etsi intra Iunonis templũ cõfugere anteuertisset, eam tamẽ Pelias super aram ipsam iugulauit. Eamq; ob rem nullo vnquã honore Pelias Iunonem affecisse memoratur. Atqui postea inter se discordiam exercere non desierunt.

Pherecydes verò Inachi, sicut Cercops Argi, & Ismenes, quæ Asopi fuit, filiam scribunt. sed Acusilaus è Pirene, vt dictum antea fuit, ortam esse refert. Hic eam ad oleam, quæ in Mycenæo luco erat, alligabat. Cum verò Iupiter eam Mercurio, vt furtim abduceret, imperasset, idque ab Hierace detectum fuisset, neque celari amplius posset: lapide percussum Argum peremit. Hinc itaque Mercurius Argiphontes cognomentum accepit. Iuno demum bouem œstro concitauit. Quo facto ea prima in sinum ab se Ionium appellatum penetrauit. Mox per Illyridem progressa Hęmum transcendit, ac per ea tempora traiectum Thracium nominatum, ab illa deinde Bosporum dictum, tranauit. Inde, cum in Scythiam penetrasset, & Cimmeriam terram, cúmque per continentis multum deerrasset, multáque EVropæ maria, atque Asiæ plura, tranasset, in Ægyptum tandem peruenit: vbi pristina forma recepta ad Nili fluenta Epaphum peperit. Hunc Iuno, Curetes vt alicubi puerum occulerent, precibus impetrauit.

καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος, κτείνει Κούρητας. Ἰὼ δὲ ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο. πλανωμένη δὲ κατὰ Συρίαν ἅπασαν· ἐκεῖ γὰρ ἐμηνύετο τοῦ Βυβλίων βασιλέως γυνὴ ἐπιθήνει τὸν υἱόν· καὶ τὸν Ἔπαφον εὑροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα, ἐγαμήθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότε Αἰγυπτίων. ἱδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἰὼ, Ἶσιν ὁμοίως προσηγόρευσαν. Ἔπαφος δὲ βασιλεύων Αἰγυπτίων, γαμεῖ Μέμφιν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν πόλιν· καὶ τεκνοῖ θυγατέρα Λιβύην, ἀφ' ἧς ἡ χώρα Λιβύη ἐκλήθη. Λιβύης δὲ καὶ Ποσειδῶνος, γίνονται παῖδες δίδυμοι, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος. Ἀγήνωρ μὲν οὖν εἰς Φοινίκην ἀπαλλαγεὶς ἐβασίλευσε· κἀκεῖ τῆς μεγάλης ῥίζης ἐγένετο γενεάρχης. ὅθεν ὑπερθησόμεθα περὶ τούτου. Βῆλος δὲ ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ, βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου· γαμεῖ δὲ Ἀγχινόην τὴν Νείλου θυγατέρα· καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι, Αἴγυπτος καὶ Δαναός· ὡς δέ φησιν Εὐριπίδης, καὶ Κηφεὺς καὶ Φινεὺς προσέτι.

Quod factum vbi Iupiter reſciuit, Curetas occidit. Io interim ad filium ſeſe veſtigandum accingit. Quę cum Syriā propè vniuerſam peruagata eſſet: quòd illic Bybliorum regis vxor filium educare ſignificabatur: & tandem Epapho inuento in Ægyptum remeauit; ac Telegono, qui tum Ægyptiorum imperium adminiſtrabat, nupſit. Hic ipſa Cereri, quam Iſin vocarunt Ægyptij, ſtatuam collocauit. Et Ionem quoque Iſidem appellarunt. Epaphus autē Ægyptijs imperans, Memphin Nili filiam ſibi coniugauit: déq; vxoris nomine conditam vrbē, Memphim nominauit, ex eáq; Libyam filiā procreauit, à qua & pars vna terrarum Libya vocitata eſt. Cæterum ex Libya Neptunóq; gemini Agenor ac Belus oriūtur. Agenor itaq; in Phœnicē profectus, & inibi regni ſedē conſtituit: vbi & magnæ ſobolis auctor extitit: quare de eo in præſentia dicere ſuperſedebimus. At Belus, quòd ex Ægypto minime diſceſſiſſet, Ægypti regnū cōſequitur: atq; Anchinoen Nili filiā duxit vxorē, de qua ſibi filios geminos procreauit Ægyptū nempe, ac Danaum, ſed & EVripidis teſtimonio Cepheum Phineúmq; etiam liberos habuit.

Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκισεν· Αἴγυπτον δὲ ἐν Ἀραβίᾳ. ὃς καὶ κατασκαψάμενος τὴν Μελαμπόδων χώραν [ἀφ' ἑαυτοῦ] ὠνόμασεν Αἴγυπτον. γίνονται δὲ ἐκ πολλῶν γυναικῶν, Αἰγύπτῳ μὲν παῖδες πεντήκοντα· θυγατέρες δὲ Δαναῷ πεντήκοντα. στασιαζόντων δὲ αὐτῶν περὶ ἀλλήλους περὶ τῆς ἀρχῆς, ὕστερον Δαναὸς τοὺς Αἰγύπτου παῖδας, πλὴν ἑνὸς ἢ δυεῖν, διὰ τῶν αὐτοῦ θυγατέρων ἀνεῖλε, δεδοικὼς, [καθότι καὶ ἐκ χρησμοῦ, ὅτι φονευθήσεται ὑπὸ ἑνὸς αὐτῶν, καὶ] ὑποθεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ, ναῦν πρῶτος κατεσκεύασε, [τὴν κληθεῖσαν ὡς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ πεντηκόντορον.] ἐν ᾗ τὰς κόρας ἐνθέμενος ἔφυγε. προσσχὼν δὲ Ῥόδῳ τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύσατο. ἐντεῦθεν δὲ ἧκεν εἰς Ἄργος, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραδίδωσι Ἐλαίωρ ὁ τότε βασιλεύων [αὐτὸς δὲ κρατήσας τῆς χώρας ἀφ' ἑαυτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας Δαναοὺς ὠνόμασεν,] ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, ἐπειδὴ καὶ τὰς πηγὰς ἐξήρανε Ποσειδῶν μηνίων Ἰνάχῳ,

Igitur Danaum Belus ad Libyam incolendam, Ægyptúmque & Arabiam habitandam misit. Qui, cum deuastasset Melampodum terram, eam Ægypti nomine appellari de seipso voluit. Porrò & Ægypto è pluribus coniugibus filij mares quinquaginta gignuntur: at fratri Danao filiæ totidem. Qui cum de regno inter se contenderent, Danaus Ægypti filios præter vnum aut alterum, filiarum suarum opera necauit: nam ex oraculo cædem sibi ab eorum vno imminere acceperat: metu perculsus, Mineruæ consilio, nauim nominatam ab eo de filiarum suarum numero πεντηκόντορον, quasi dixeris quinquagintiremem, primus fabrefecit, in qua filiabus impositis aufugit. Inde in Rhodum appellens Mineruæ Lindiæ statuam dedicauit. Hinc & Argos se contulit & huic regnū tradit Helanor, qui tum Argis regnabat. At ipse Danaus eius regionis potitus, suo ipsius nomine incolas Danaos appellauit. Sed quòd ea regio aquarum caritate laborabat, ex quo Neptunus iratus Inacho fontes siccauerat,

διότι τὴν χώραν Ἀθηνᾶς ἐμαρτύρησεν εἶναι, τὰς θυγατέρας ὑδρευσομένας ἔπεμψε. μία δὲ αὐτῶν Ἀμυμώνη ζητοῦσα ὕδωρ, ῥίπτει βέλος ἐπὶ ἔλαφον, καὶ κοιμωμένου Σατύρου τυγχάνει· κἀκεῖνος περιαναστὰς, ἐπεθύμει συγγενέσθαι. Ποσειδῶνος δὲ ἐπιφανέντος, ὁ Σάτυρος μὲν ἔφυγεν· Ἀμυμώνη δὲ, τούτῳ συνευνάζεται. καὶ αὐτῇ Ποσειδῶν τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς ἐμήνυσεν. οἱ δὲ, Αἰγύπτου παῖδες ἐλθόντες εἰς Ἄργος, τῆς τε ἔχθρας παύσασθαι παρεκάλουν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ γαμεῖν ἠξίουν. Δαναὸς δὲ, ἅμα μὲν ἀπιστῶν αὐτῶν τοῖς ἐπαγγέλμασιν, ἅμα δὲ καὶ μνησικακῶν περὶ φυγῆς, ὡμολόγει τοὺς γάμους, καὶ διεκλήρου τὰς κόρας. Ὑπερμνήστραν μὲν οὖν, τὴν πρεσβυτέραν, ἐξεῖλε Λυγκεῖ, καὶ Γοργοφόνην Πρωτεῖ. οὗτοι γὰρ ἐκ βασιλίδος γυναικὸς Ἀργυφίης ἐγεγόνεισαν Αἰγύπτῳ. τῶν δὲ λοιπῶν ἔλαχον, Βούσιρις μὲν καὶ Ἐγκέλαδος, καὶ Λύκος καὶ Δαίφρων, τὰς Δαναῷ γεννηθείσας ἐξ ΕΥρώπης. ΑΥτομάτην, Ἀμυμώνην, Ἀγαύην, Σκαιήν. αὗται δὲ ἐκ βασιλίδος ἐγένοντο Δαναῷ.

quod eam Mineruæ terram eſſe teſtatus eſt, filias ſuas interim aquatum emiſit. harum vna Amymone aquam diſquirens, telum in ceruum iacit, ac Satyrum dormitantem ferit: quare ille ſomno expergefactus, puellæ ineundæ miro deſiderio capitur. At Neptuni ſuperuentu Satyrus ſe dedit in fugam. Amymone autem cum hoc concubuit, eique Neptunus Lernæos fontes indicauit. Porrò Ægypti filij Argos profecti vt mutuam inter ſe ſimultatem compeſcerent, ſe ſe cohortantur, & Danai filias ſibi in matrimonium dari obſecrant. Tum Danaus, ſimul, quòd parum crederet eorum pollicitationibus, ſimul quòd fugæ exiliique ſui reminiſceretur iniuriæ, nuptias pactus ſortito puellas diſtribuere cœpit. Hypermneſtram igitur natarũ maximam Lynceo, & Gorgophonem Proteo ſelegit. Hos enim ex coniuge regina Argyphia Ægyptus extulerat. Inde ſuam quiſque ſortiti ſunt. Buſiris quidẽ & Enceladus, Lycuſque ac Daiphron, AVtomaten, Amymonen, Agauen, Seçã, Danao ex EVropa regia matrona ſatas ducũt.

ἐκ δὲ Ἐλεφαντίδος, Γοργοφόνη καὶ Ὑπερμνήστρα. Λυγκεὺς δὲ καὶ Καλύκην ἔλαχεν· Ἴστρος δὲ, Ἱπποδάμειαν· Χαλκώδων, Ῥοδίαν· Ἀγήνωρ, Κλεοπάτραν· Χαῖτος, Ἀστερίαν· Διοκορυστὴς, Ἱπποδάμειαν· Ἄλκις, Γλαύκην· Ἀλκμήνων, Ἱππομέδουσαν· Ἱππόθοος, Γόργην· Εὐχήνωρ, Ἰφιμέδουσαν· Ἱππόλυτος, Ῥόδην. οὗτοι μὲν οἱ δέκα ἐξ Ἀραβίας γυναικός. αἱ δὲ παρθένοι, ἐξ Ἁμαδρυάδων νυμφῶν· αἱ μὲν, Ἀτλαντείης· αἱ δὲ, ἐκ Φοίβης. Ἀγαπτόλεμος δὲ, ἔλαχε Πειρήνην· Κέρκηστις δὲ, Δώριον· Εὐρυδάμας, Φάρτην· Αἴγιος, Μνήστραν· Ἄργιος, Εὐίππην· Ἀρχέλαος, Ἀνεξιβίην· Μέναχος, Νηλώ. οἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ Φοινίσσης γυναικός· αἱ δὲ παρθένοι, Αἰθιοπίδες. ἀκληρωτὶ δὲ ἔλαχον δι' ὁμωνυμίαν τὰς Μέμφιδος, οἱ ἐκ Τυρίας. Κλεῖτος Κλειτήν· Σθένελος Σθενέλην· Χρύσιππος Χρυσίππην. οἱ δὲ ἐκ Καλιαίδης [καὶ Νηίδος] νύμφης παῖδες δώδεκα, ἐκληρώσαντο, περὶ τῶν ἐκ Πολυξοῦς Ναΐδος. ἦσαν δὲ οἱ μὲν παῖδες, Εὐρύλοχος, Φαίτης, Περισθένης, Ἕρμος, Δρύας,

At ex Elephantide ortę fuerunt, Gorgophone, atq; Hypermnestra: sed Lynceus & Calycen sortitus ducit. Ister autem Hippodamiam: Chalcodon, Rhodiam: Agenor, Cleopatram: Asteriam Chætus* Hippodamiā Diacorystes: Alcis Glaucen: Alcmenon Hippomedusam: Hippothous Gorgen: Iphimedusam EVchenor: Rhoden Hippolytus. Hi decē ex Arabia vxore geniti sunt. Sed puellæ ex Hamadryadibus Nymphis, aliæ ex Atlantea, aliæ ex Phœbe natæ sūt. Agaptolemo Pirene, Cercestis Dorioni, EVrydamāti Pharte, Ægio Mnestra, EVippe Argio, Anexibia Archelao, Menacho Nelo, obuenerūt. Hi septem è Phœnissa coniuge orti sunt. at puellæ, quæ Æthiopides erāt, quod cognomines essēt Mēphidi, haudquaquā sortito inter se copulari voluerūt. Nam ex Tyria nati matre Clitus, Cliten, Sthenelus, Sthenelen, Chrysippus, Chrysippen duxit. At qui ex Caliande & Naide nympha, præter eos filij duodecim nati erant, cum totidem Polyxonis filiabus, sortito matrimonium contraxerunt. Illorum hæc sunt nomina, EVrylochus, Phantes, Peristhenes, Hermus, Dryas,

Ποταμὼν, Κισσεὺς, Λίξος, Ἴμβρος, Βρόμιος, Πολύκτωρ, Χθόνιος. αἱ δὲ κόραι Νύμφης, Αὐτονόη, Θεανὼ, Ἠλέκτρα, Κλεοπάτρα, Εὐρυδίκη, Γλαυκίππη, Ἀνθήλεια, Κλεοδώρη, Εὐίππη, Ἐρατὼ, Στύγνη, καὶ Βρύκη. οἱ δὲ Γοργόνων Αἰγύπτῳ γενόμενοι, ἐκληρώσαντο περὶ τῶν ἐκ Πιερείας. καὶ λαγχάνει, Περίφας μὲν, Ἀκταίην· Οἰνεὺς, Ποδάρκην· Αἴγυπτος, Διωξίππην· Μενάλκης δὲ, Ἀδύτην· Λάμπος, Ὠκυπέτην· Πυλάργην Ἴδμων. ὀκτὼ δὲ εἰσὶ νεώτατοι· Ἴδας, Ἱπποδίκην· Δαΐφρων, Ἀδιάντην (αὗται δὲ ἐκ μητρὸς ἐγένοντο Ἕρσης) Πανδίων, Καλλιδίκην· Ἄρβηλος, Οἴμην· Ὑπέρβιος, Κελαινώ· Ἱπποκορυστὴς, Ὑπερίππην. οὗτοι ἐξ Ἡφαιστίνης. αἱ δὲ ἐκ Κρινοῦς. ὡς δὲ ἐκληρώσαντο τοὺς γάμους, ἑστιάσας ἐγχειρίδια διαδίδωσι ταῖς θυγατράσιν. αἱ δὲ κοιμωμένους τοὺς νυμφίους ἀπέκτειναν, πλὴν Ὑπερμνήστρας. αὕτη δὲ Λυγκέα διέσωσε, παρθένον αὐτὴν φυλάξαντα· διὸ καθείρξας αὐτὴν Δαναὸς, ἐφρούρει. αἱ δὲ ἄλλαι τῶν μὲν Δαναοῦ θυγατέρων, τὰς μὲν κεφα-

Potamon, Cisseus, Lixus, Imbrus, Bromius, Polyctor, Chthonius. Hæ verò sunt ex Nympha natę, AVtonoe, Theano, Electra, Cleopatra, EVrydice, Glaucippe, Anthelea, Cleodora, EVippe, Erato, Stygne, Bryce. Qui verò de Gorgonibus Ægypto nati sunt, eas, quæ de Pieria genitæ fuerũt, sortiti duxerunt. Nam Periphanti obtigit Actæa, OEneo Podarce, Ægypto Dioxippe, Menalcæ Adyte, Ocypete Lãpo, Pylarge Idmoni. Sex autem nouissimi sunt: Idas, qui Hippodicen: Daiphron, qui Adianten duxit, ex Herse matre natas: Pandion, qui Callidicen: Arbelus, qui OEmẽ: Hyperbius, qui Celæno: Hippocorystes, qui Hyperipten sibi coniugarũt. Hi ex Hephæstine oriũtur: at puellæ matre Crinone fuerunt. Post, vbi suã quisq; sortitus, coniugẽ duxerunt, acceptos in conuiuiũ cunctos Danai filiæ datis à patre pugionib⁹ somno sepultos, suũ quæq;, sponsos occidũt, vna tantũmodo excepta Hypermnestra: hæc enim sola Lynceũ, quòd eius virginitate abstinuisset, incolumẽ asseruauit. Quamobrem hanc Danaus cõiectã in vinculis custodiri iubet. Reliquę Danai filiæ præsecta spõsorũ capi-

λὰς τῶν νυμφίων ἐν τῇ Λέρνῃ κατώρυξαν, τὰ δὲ σώματα, πρὸ τῆς πόλεως ἐκηδεῦσαν· καὶ αὐτὰς ἐκάθηραν Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἑρμῆς, Διὸς κελεύσαντος. Δαναὸς δὲ ὕστερον τὴν Ὑπερμνήστραν Λυγκεῖ συνῴκισε· τὰς δὲ λοιπὰς θυγατέρας εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα τοῖς νικῶσιν ἔδωκεν. Ἀμυμώνη δὲ ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Ναύπλιον. οὗτος μακρόβιος γενόμενος, πλέων τὴν θάλασσαν, τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει. συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ, ᾧ περ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει. πρὶν δὲ τελευτῆσαι, ἔγημε, ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Ἀτρέως· ὡς δὲ ὁ τοὺς νόστους γράψας, Φιλύραν· ὡς δὲ Κέρκωψ, Ἡσιόνην. καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἴακα, Ναυσιμέδοντα. Λυγκεὺς δὲ μετὰ Δαναὸν Ἄργους δυναστεύων, ἐξ Ὑπερμνήστρας τεκνοῖ παῖδα Ἄβαντα. τούτου δὲ καὶ Ὠκαλείας τῆς Μαντινέως, δίδυμοι παῖδες ἐγένοντο, Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος. οὗτοι, καὶ κατὰ γαστρὸς μὲν ἔτι ὄντες, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους. ὡς δὲ ἀνετράφησαν, περὶ τῆς βασιλείας ἐπολέμουν.

ta in Lerna defoderunt, corpora verò ante vrbē deplorata sepeliēda curauerūt. Has autē Minerua Mercuriúsq; Iouis imperio expiarūt. Demū postea Danaus Hypermnestram Lynceo in matrimonium copulauit, cæteras in gymnicum certamē productas victoribus habendas dedit. Amymone Neptuni semine prægnās Nauplium peperit. Hic quòd longæuus esset, mare nauigās morientiū casum permoleste ferebat. Sed & ipsi tandē aliquādo obijsse contigit, vel eo mortis genere, quo alios defungi mœstissime cōspiciebat. Verum antequam è vita decessit, vt Tragicorum auctoritate cōprobatur, Clymenē Atrei filiā sibi vxorē coniugari placuit. Qui verò reditus cōscripsit, Philyran duxisse ait. Cercopis autem testimonio, Hesionē cepit: de qua Palamedē, OEacem, Nausimedontē gignit. Lynceus autē, qui post Danaum Argis dominatus est, ex Hypermnestra quidē, Abantem filiū genuit: ex quo & Ocalea coniuge Mantinei filia, gemini procreātur, Acrisius ac Prœtus, qui cum in vtero matris adhuc essent, inter se dissidere cœperūt. Vbi verò per ætatē potuere, de regno certare non dubitarūt

καὶ πολεμοῦντες εὗρον ἀσπίδας πρῶτοι. καὶ κρατήσας Ἀκρίσιος, Προῖτον Ἄργους ἐξελαύνει· ὁ δ' ἧκεν εἰς Λυκίαν πρὸς Ἰοβάτην· ὡς δέ τινες φασὶ, πρὸς Ἀμφιάνακτα· καὶ γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα. ὡς μὲν Ὅμηρος, Ἄντειαν· ὡς δὲ οἱ τραγικοὶ, Σθενέβοιαν. κατάγει δὲ αὐτὸν ὁ κηδεστὴς μετὰ στρατοῦ Λυκίων, καὶ καταλαμβάνει Τίρυνθα· ταύτην αὐτῷ Κυκλώπων τειχισάντων. μερισάμενοι δὲ, τὴν Ἀργείαν ἅπασαν κατῴκουν. καὶ Ἀκρίσιος μὲν Ἄργους βασιλεύει· Προῖτος δὲ Τίρυνθος. καὶ γίνεται Ἀκρισίῳ μὲν ἐξ ΕΥρυδίκης τῆς Λακεδαίμονος, Δανάη. Προίτῳ δὲ ἐκ Σθενεβοίας, Λυσίππη, καὶ Ἰφινόη, καὶ Ἰφιάνασσα· αὗται δὲ ὡς ἐτελειώθησαν, ἐμάνησαν. ὡς μὲν Ἡσίοδος φησὶν, ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο. ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν. γενόμεναι δὲ ἐμμανεῖς, ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν. αὖθις δὲ τὴν Ἀρκαδίαν καὶ τὴν Πελοπόννησον διελθοῦσαι μετὰ ἀκοσμίας ἁπάσης, διὰ τῆς ἐρημίας ἐτρόχαζον. Μελάμπους δὲ ὁ Ἀμυθάονος,

Hique belligerantes primi clypeos inuenerunt. Inde victor Acrisius Proetũ Argis exegit: qui ad Iobatem in Lyciam peruenit: sed, vt alij produnt, ad Amphianactem confugit. cuius etiam filiam ducit. Homerus autẽ Anteã dicit. At si tragœdiarum scriptoribus fidem habemus, Sthenobœam. Hũc demum socer cum Lyciorũ copijs reduxit, ac Tirynthem occupauit. quã ipsius gratia Cyclopes mœnibus cinxerunt, atque in partem assumti Argiuam terrã propè vniuersam coluerunt. Sic Acrisius Argis imperat: & Proetus Tirynthe. Adhæc Acrisius ex EVrydice Lacedæmonis filia Danaen gignit. Proetus verò de Sthenobœa Lysippen, Iphinoénque, & Iphianassam: quæ cum adultæ iam ætatis essent, in insaniam conciderunt. quòd, vt Hesiodus inquit, Dionysij ferias minime receperunt. At Acusilai sententia, quòd Iunonis simulachrum nihili fecerũt. Sic itaq; furore percitæ per omnem Argiuorum terram deerrabant. Inde iterum in Arcadiam ac Peloponnesum reuersæ nullo non dedecore labefactatæ per deserta discurrebant. Melampus autẽ Amythaonis filius,

καὶ Εἰδομένης τῆς Ἄβαντος, μάντις ὤν, καὶ τὴν διὰ φαρμάκων καὶ καθαρμῶν θεραπείαν πρῶτος εὑρηκώς, ὑπισχνεῖται θεραπεύειν τὰς παρθένους, εἰ λάβοιτο τὸ τρίτον μέρος τῆς δυναστείας. οὐκ ἐπιτρέποντος δὲ Προίτου θεραπεύειν ἐπὶ μισθοῖς τηλικούτοις, ἔτι μᾶλλον ἐμαίνοντο αἱ παρθένοι· καὶ προσέτι μετὰ τούτων αἱ λοιπαὶ γυναῖκες. καὶ γὰρ αὗται τὰς οἰκίας ἀπολιποῦσαι, τοὺς ἰδίους ἀπώλλυον παῖδας, καὶ εἰς τὴν ἐρημίαν ἐφοίτων. προβαινούσης δὲ ἐπὶ πλεῖστον τῆς συμφορᾶς, τοὺς αἰτηθέντας μισθοὺς ὁ Προῖτος ἐδίδου. ὁ δὲ ὑπέσχετο θεραπεύειν, ὅταν ἕτερον τοσοῦτον τῆς γῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ λάβῃ Βίας. Προῖτος δὲ εὐλαβηθεὶς, μὴ βραδυνούσης τῆς θεραπείας, αἰτηθείη καὶ πλεῖον, θεραπεύειν συνεχώρησεν ἐπὶ τούτοις. Μελάμπους δὲ παραλαβὼν τοὺς δυνατωτάτους τῶν νεανιῶν, μετ' ἀλαλαγμοῦ καί τινος ἐνθέου χορείας ἐκ τῶν ὀρῶν αὐτὰς εἰς Σικυῶνα συνεδίωξε. κατὰ δὲ τὸν διωγμόν, ἡ πρεσβυτάτη τῶν θυγατέρων, Ἰφινόη μετήλλαξεν.

& Idomenes, quę fuit Abantis, vaticinandi cognitione insignis, & qui potionandi, expurgandíque ratiōnē primus inuenerat, se virginib' sanitatē restituturū pollicetur: si tertiā regni partē accipiat. Proetus tanta mercede deterritus, filiarum curæ minime assentitur. Quocirca virgines lōgè maiori vesania concitātur, immò vero etiā illarū veluti contagione offensæ reliquæ mulieres cum virginibus simul furere. etenim desertis proprijs ædibus in suos ipsarū filios desęuiebāt, atq; in deserta sese fugiētes abdebāt. Cum vero id calamitatis genus in dies magis incresceret, postulatā mercedē Proetus Melampodi vltrò cōcessit. Tum ille eas se curaturū esse promittit, si regni tantumdē fratri suo Biāti attribuatur. Inter hæc Proetus veritus, ne, si filiarū cura lōgius protrahatur, mercedē ille peteret ampliorē, postulatis assensus filias Melāpodi curādas commisit. Quare Melāpus, adhibitis validissimis adulescētibus eiubilatū simul, & entheā quandā choreā imitat' de mōtib' virgines ipsas in Sicyonē est vsq; insecutus. Has dū persequeretur, Iphinoe natu maxima vitā cum morte cōmutauit.

ταῖς δὲ λοιπαῖς τυχούσαις καθαρμοῦ σωφρονῆσαι συνέβη. καὶ ταύτας μὲν ἐξέδοτο Προῖτος Μελάμποδι καὶ Βίαντι. παῖδα δ' ὕστερον ἐγέννησε Μεγαπένθην.

Βελλεροφόντης δὲ ὁ Γλαύκου τοῦ Σισύφου, κτείνας ἀκουσίως ἀδελφὸν Δηλιάδην, ὡς δέ τινες φασὶ, Πειρῆνα· ἄλλοι δὲ, Ἀλκιμένην, εἰς Ἄργος πρὸς Προῖτον ἐλθὼν καθαίρεται. καὶ αὐτοῦ [γυνὴ] Σθενέβοια, [ἡ καὶ Ἄντια] ἔρωτα ἴσχει, καὶ προσπέμπει λόγους περὶ συνουσίας. τοῦ δὲ ἀπαρνουμένου, λέγει πρὸς Προῖτον, ὅτι Βελλεροφόντης αὐτῇ περὶ φθορᾶς προσεπέμψατο λόγους. Προῖτος δὲ πιστεύσας, ἔδωκεν ἐπιστολὰς αὐτῷ πρὸς Ἰοβάτην [τὸν πενθερὸν] κομίσειν· ἐν αἷς ἐνεγέγραπτο, Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι. Ἰοβάτης δὲ ἐπιγνοὺς, ἐπέταξεν αὐτῷ Χίμαιραν κτεῖναι, νομίζων αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θηρίου διαφθαρήσεσθαι. ἦν γὰρ οὐ μόνον ἑνὶ, ἀλλὰ πολλοῖς οὐκ εὐάλωτον. εἶχε δὲ προτομὴν μὲν λέοντος, οὐρὰν δὲ δράκοντος, τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγός· δι' ἧς πῦρ ἀνίει, καὶ τὴν χώραν διέφθειρε, καὶ τὰ βοσκήματα ἐλυμαίνετο.

Reliquæ verò repurgatæ vesania resipuerunt. Harũ demum, Melampodi vnam, & Bianti alterã Prœtus in matrimonium collocauit: neque lõgo post tempore Megapenthem filium genuit.

Cęterùm Bellerophontes Glauci, qui Sisyphi fuit, cũ per imprudentiã Deliadem fratrẽ, siue, vt quidã ferunt, Pirenẽ, aut, vt alij volũt, Alcimenẽ peremisset, ad Prœtum Argos cõfugit, ab eóq; expiatur. Mox autẽ cum illius amore Sthenobæa, quæ & Antea dicebatur, deperiret, submisit, qui illũ de concubitu interpellaret. qui, cũ mulieris libidini minimè cõsensisset, Sthenobœa Pręto Bellerophontem quæsiti cõcubitus insimulauit. Prœtus vxori credulus, dat illi ad Iobatem socerũ literas huiusce argumẽti, vt Bellerophontẽ curaret occidendũ. At Iobates re cognita, illum vt ad Chimærã extinguendã iret, imperauit. Siquidẽ ita iuuenẽ à fera perditũ iri arbitrabatur, quãdo ea non vnius modo, sed ne multorũ quidẽ viribus facile perdomari poterat. Nam prima in parte leo, postrema draco, media verò capra esse videbatur, quæ flammas euomebat, ac proxima queq; disperdebat, pecoráq; inficiebat.

μία γὰρ φύσις τριῶν θηρίων εἶχε δύναμιν. λέγεται δὲ καὶ τὴν Χίμαιραν ταύτην τραφῆναι μὲν ὑπὸ Ἀμισωδάρου, καθάπερ εἴρηκε καὶ Ὅμηρος· γεννηθῆναι δὲ ἐκ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, καθὼς Ἡσίοδος ἱστορεῖ. ἀναβιβάσας οὖν ἑαυτὸν ὁ Βελλεροφόντης ἐπὶ τὸν Πήγασον [ὃν] εἶχεν ἵππον ἐκ Μεδούσης πτηνὸν γεγεννημένον, καὶ Ποσειδῶνος, ἀρθεὶς εἰς ὕψος, ἀπὸ τούτου κατετόξευσε τὴν Χίμαιραν. μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἐπέταξεν αὐτῷ Σολύμοις μαχεσθῆναι. ὡς δὲ ἐτελεύτησε καὶ τοῦτον, Ἀμαζόσιν ἐπέταξεν ἀγωνίζεσθαι αὐτόν. ὡς δὲ καὶ ταύτας ἀπέκτεινε, τούς τε νεότητι Λυκίων διαφέρειν δοκοῦντας ἐπιλέξας, ἐπέταξεν ἀποκτεῖναι λοχήσαντας. ὡς δὲ καὶ τούτους ἀπέκτεινε πάντας, θαυμάσας τὴν δύναμιν αὐτοῦ ὁ Ἰοβάτης, τά τε γράμματα ἔδειξε, καὶ παρ' αὐτῷ μένειν ἠξίωσε, δοὺς τὴν θυγατέρα Φιλονόην. καὶ θνήσκων, τὴν βασιλείαν κατέλιπεν αὐτῷ. Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων, χρηστηριαζομένῳ, [ὁ θεὸς] ἔφη, γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτενεῖ.

Hęc enim trium belluarum viribus sub vna dũtaxat natura communita erat. Aiunt hanc ipſam Chimæram ex Homeri teſtimonio Amiſodari cura enutritã fuiſſe, natámq; ex Typhone & Echidna: id quod Heſiodi carminibus cõprobari legitur. Conſcenſo igitur Pegaſo, quem ex Meduſa ac Neptuno ſatum, & aligerum habebat Bellerophõtes, ſublatus in altum, ex eo Chimæram ſagittis impetebat. Qua demum peracta pugna, Iobates eundem in Solymos pugnatutũ miſit. vbi & id feliciter exegit, ad Amazonas expugnandas proficiſci imperauit. Quibus itẽ deuictis collectã Lyciorum iuuentutẽ, quæ cæteris præcellere videretur, in inſidijs conſidere iubet, atq; ita Bellerophontẽ occidi præcipit. Vbi aũt & hoſcẽ ad vnũ omneis ab eo cæſos accepit, admiratus inuenis pręſtantiã Iobates, literas illi Prœti oſtẽdit. Inde, vt ſecũ maneret, rogauit: eíq; Philonoẽ filiã vxorẽ dedit. Qui demũ, cum fato cõceſſiſſet, Bellerophõtẽ generũ ſuum regni ſucceſſorẽ inſtituit. Interim Acriſio de maribus filijs oraculũ ſciſcitanti, numen reſpõdit, puerũ de filia oriturum eſſe qui auo necẽ illaturus eſſet.

δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει. ταύτην μὲν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἔφθειρε Προῖτος, ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη. ὡς δὲ ἔνιοι φασὶ, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν. αἰσθόμενος δὲ Ἀκρίσιος ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν, ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἄρας, ἀνέτρεψε τοῦτον. βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς [ὁμομήτριος] Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς, καὶ ἠνδρωμένου Περσέως, μὴ δυνάμενος αὐτῇ συνελθεῖν, συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους. τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται; τοῦ δὲ φήσαντος ἐπὶ ἵππῳ· Περσεὺς δὲ εἶπεν, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος. οὐκ αἰτερεῖ Πολυδέκτης. παρὰ μὲν οὖν τῶν λοιπῶν ᾔτησεν ἵππους·

Id igitur Acrisius pertimescens, æneo sub terra cubiculo constructo, inclusam Danaen custodiri iubet. Hanc, vt nonnulli tradunt, vitiauit Prœtus: vnde inter se orta contentio est. sed aliorum testimonio proditur, Iouem in aureum imbrem transmutatũ per impluuium in Danaes sinum delapsum cum ea concubuisse: mox vbi Perseum de filia natum esse cognouit Acrisius, ab Ioue compressam filiam minime credens, eam vnà cum filio in arca lignea conclusam in mare deiecit: quæ cum in Seriphum insulam delata fuisset, Dictys desumptum puerum educauit. Cæterum, Polydectes vterinus Dictyis frater, Seriphi rex, Danaes amore correptus, cum ea (Perseus enim in virilem ætatem peruenerat) potiri nequiret, amicos, quibuscum & Perseum etiam, cõuocat: iisq; ob Hippodamiæ OEnomai filiæ nuptias eranum se celebraturum edicit. Cui tum Perseus, qua nam, inquit, in re conficies eranum? equo Polydectes respondet. Atqui Perseus, Gorgonis, ego, inquit, capite. Tum rex contra nihil subiecit. Mox verò, ab alijs equos exposcit:

παρὰ δὲ τοῦ Περσέως οὐ λαβὼν τοὺς ἵππους, ἐπέταξε τῆς Γοργόνος κομίζειν τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς προκαθηγουμένων, ἐπὶ τὰς Φόρκου γίνεται θυγατέρας, Ἐντὼ, καὶ Πεμφρηδὼ, καὶ Δεινώ. ἦσαν [δὲ] αὗται Κήπυς τε καὶ Φόρκου Γοργόνων ἀδελφαὶ, γραῖαι ἐκ γενετῆς· ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς, καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον· καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἤμειβον ἀλλήλαις. ὧν κυριεύσας ὁ Περσεὺς, ὡς ἀπῄτουν, ἔφη ἀποδώσειν, ἂν ὑφηγήσωνται τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὰς νύμφας φέρουσαν. αὗται δὲ αἱ νύμφαι πτηνὰ εἶχον πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, ἥν φασί τινες εἶναι πήραν· Πίνδαρος, δὲ, καὶ Ἡσίοδος ἐν ἀσπίδι, ἐπὶ τοῦ Περσέως·

Πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρα
δεινοῖο πελώρου
Γοργοῦς, ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε.

Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ ἐσθῆτα καὶ τὴν τροφήν· εἶχον δὲ καὶ τὴν ἄϊδος κυνῆν. ὑφηγησαμένων δὲ τῶν Φορκίδων, ἀποδοὺς τόν τε ὀδόντα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐταῖς, καὶ παραγενόμενος πρὸς τὰς νύμφας, καὶ τυχὼν ὧν ἐσπούδασε,

ſed, quòd equum à Perſeo habere nõ poſſet, pro ſymbola Gorgonis caput illi, vt afferret, imperauit. Tum Perſeus, Mercurij ac Mineruæ ductu, Phorci filias adijt, Ento, Pemphredo, & Dino. Hæ fuere Cetúſque, & Phorci natæ, Gorgonum ſorores, ab ortu ipſo ſtatim anus factæ, vnóque tres oculo, & dente vno præditæ, quibus, & viciſſim, inter ſe vtebantur. Hæc, vbi potitus eſt Perſeus, repoſcentibus illis, ſe redditurum pollicetur, ſi, quæ ad Nymphas, ipſa duceret, viam commonſtrarent. Erant autem hiſce Nymphis talaria, & cibiſis, quam peram quidam eſſe putant. Id Pindarus, & Heſiodus in clypeo, vbi de Perſeo ſic ait:

Horrendæ totas ſcapulas
caput occupat ingens
Gorgonis, idque intra cibiſin latet.

Nam cibiſis, quòd inibi condantur indumentum, & cibaria, dicta eſſe videtur. Adhæc Orci galeam habebant. Reſtitutis itaque Phorcidibus & dente, & oculo, quòd viam demonſtraſſent, ad Nymphas peruenit: Adeptus inde, quæ cupiebat, hu-

τὴν μὲν κίβισιν περιεβάλετο· τὰ δὲ πέδιλα τοῖς σφυροῖς προσήρμοσε· τὴν δὲ κυνῆν τῇ κεφαλῇ ἐπέθετο· ταύτην ἔχων, αὐτὸς μὲν οὓς ἤθελεν, ἔβλεπεν, ὑπὸ ἄλλων δὲ οὐχ ἑωρᾶτο. λαβὼν δὲ καὶ παρὰ Ἑρμοῦ ἀδαμαντίνην ἅρπην πετόμενος εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἧκεν· καὶ κατέλαβε τὰς Γοργόνας κοιμωμένας. ἦσαν δὲ αὗται, Σθενώ, ΕΥρυάλη, Μέδουσα. μόνη δὲ ἦν θνητὴ Μέδουσα. διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ταύτης κεφαλὴν Περσεὺς ἐπέμφθη. εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων· ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖρας χαλκᾶς, καὶ πτέρυγας χρυσᾶς, δι᾽ ὧν ἐπέτοντο· τοὺς δὲ ἰδόντας, λίθους ἐποίουν. ἐπιστὰς οὖν αὐταῖς ὁ Περσεὺς κοιμωμέναις, κατευθυνούσης τὰς χεῖρας Ἀθηνᾶς, ἀπεστραμμένος, καὶ βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι᾽ ἧς τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος ἔβλεπεν, ἐκαρατόμησεν αὐτήν. ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἐκ τῆς Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος πτηνὸς ἵππος, καὶ Χρυσάωρ ὁ Γηρυόνου πατήρ. τούτους δὲ ἐγέννησεν ἐκ Ποσειδῶνος. ὁ μὲν οὖν

meris ante omnia peram induxit, ac pedibus talaria accommodauit: postremò galeam capiti imposuit. Hac igitur tectus, quoscumque voluisset, ipse inuisus alijs, peruidebat. Is, vbi à Mercurio adamantinam Harpen accepit, ad Oceanum deuolauit: hîc Gorgonas dormientes deprehendit. His autem EVryalæ vni: Stheno alteri: tertiæque Medusæ nomẽ fuit. In quibus solam Medusam mortalem fuisse perhibent. Ad huiusce itaque caput reportandum Perseus emissus fuit. Erant Gorgonibus capita, squamosarum anguium spiris obsita: dentes præterea tantæ magnitudinis, quantæ suum esse videntur. Adhæc manus æneæ, & alæ aureæ, quibus conuolabant: quæ, quicumque obtuerentur, eos in saxa omnes commutabant. Has demũ Perseus somno sepultas adortus, cuius manus Pallas dirigebat, auersus oculis in æreũ clypeum defixis, per quem ipsam Gorgonis imaginem respiciebat, Medusæ caput amputauit. quo resecto Pegasus alatus equus repente prosiluit, & Chrysaor Geryonæ pater. Hosce autem è Neptuno creauit. Igitur

Περσεὺς ἐνθέμενος εἰς τὴν κίβισιν τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης, ὀπίσω πάλιν ἐχώρει. αἱ δὲ Γοργόνες ἐκ τῆς κοίτης ἀναστᾶσαι, τὸν Περσέα ἐδίωκον, καὶ συνιδεῖν αὐτὸν οὐκ ἠδύναντο διὰ τὴν κυνῆν· ἀπεκρύπτετο γὰρ ὑπ᾽ αὐτῆς. παραγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευε Κηφεὺς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν, παρακειμένην βορὰν θαλασσίῳ κήτει. Κασιέπεια γὰρ ἡ Κηφέως γυνὴ, Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους· καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ηὔχησε. ὅθεν αἱ Νηρηΐδες ἐμήνισαν, καὶ Ποσειδῶν αὐταῖς συνοργισθεὶς, πλημμύραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε, καὶ κῆτος. Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορά· τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων, ἔπραξε, καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς, καὶ ἐρασθεὶς, ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων, ὑποστὰς

Perſeus repoſito ſuam intra peram Meduſæ capite, receſſit. Verũ Gorgones ipſæ ſomno excitæ Perſeum inſectabantur, quem intueri ob orci galeã minimè poterant: quòd ea Perſeus cõtegebatur. Qui cum in Æthiopiã peruolaſſet, Cephei regis filiam Andromedam maris ceto iam iam deuorandam offendit: quoniam Caſſiopea Cephei cõiux de corporis formæ præſtantia, quòd ſe omnium formoſiſſimam iactitabat, Nereidas in certamen prouocauit. Quamobrem ea ſibi Nereidas iratas fecit. Tum etiam Neptunus ira percitus Cephei regnũ, & aquarũ multitudine, ac ceto immiſſo, peruaſtauit. Cepheus autem Ammonis oraculo monitus eſt, tum demum tantæ calamitati modum fore cum Caſſiopea filiam Andromedam ceto deuorandam propoſuerit. Id igitur Cepheus Æthiopũ vi compulſus fecit, ſcopulóq; filiã alligauit. Quam cõſpicatus Perſeus, & illius amore ſuccenſus, Cepheo ſeſe cetum ipſum interempturum pollicetur, ſi filiã ab imminenti periculo ereptam ſibi in matrimonium collocet. Pactis itaq; iureiurando confirmatis, Perſeus monſtrum

τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως, ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν· μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων, αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα. παραγενόμενος δὲ εἰς Σέριφον, καὶ καταλαβὼν προσπεφευγυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος τὴν μητέρα, διὰ τὴν Πολυδέκτου βίαν, εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ἔδειξε. τῶν δὲ ἰδόντων, ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. καταστήσας δὲ τῆς Σερίφου Δίκτυν βασιλέα, ἀπέδωκε τὰ μὲν πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν, καὶ τὴν κυνῆν Ἑρμῇ· τὴν δὲ κεφαλὴν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾷ. Ἑρμῆς μὲν οὖν τὰ προειρημένα πάλιν ἀπέδωκε ταῖς νύμφαις. Ἀθηνᾶ δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἀσπίδι, τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἀνέθηκε. λέγεται δὲ καὶ ὑπ᾽ ἐνίων, ὅτι διὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἡ Μέδουσα ἐκαρατομήθη. φασὶ δὲ ὅτι καὶ περὶ κάλλους ἠθέλησεν ἡ Γοργὼ αὐτῇ συγκριθῆναι. Περ-

aggressus occidit, atque Andrómedam soluit. Huic non ita multo post Phineus Cephei frater insidias parat, vt is qui primus iam Andromedæ coniux designatus erat. verùm id vbi resciuit Perseus, cum coniuratis omnibus Phineum Medusæ capite ostentato in saxa repente conuertit. Itaque Perseus reuersus in Seriphum, matrem ad aras cum Dictye, ob Polydectis violentiam confugisse, deprehendit. Inde impetu facto aggressus regem, concurrentium amicorum auxilio fretum, auersus Gorgonis caput ostendit: idque quotquot aspexerunt, qualicumque quisque forma esset, in saxa commutatus est. Mox vbi Dictyn Seriphi regem constituit, Mercurio talaria, peram, & galeam reddidit, & Gorgonis caput Mineruæ dono dedit. Ea verò Mercurius omnia Nymphis restituit. Cęterum Pallas in medio clypeo Medusæ caput apposuit. Nec desunt qui Gorgonis caput à Minerua pręcisum fuisse dicát. Aiunt enim eá sese pulchritudine Palladi comparare non erubuisse. Atqui Per-

σεὺς δὲ μετὰ Δανάης καὶ Ἀνδρομέδας ἔσπευδεν εἰς Ἄργος, ἵνα Ἀκρίσιον θεάσηται. ὁ δὲ δεδοικὼς τὸν χρησμὸν, ἀπολιπὼν Ἄργος, εἰς τὴν Πελασγιῶτιν ἐχώρησε γῆν. Τευταμίου δὲ τοῦ Λαρισσαίων βασιλέως ἐπὶ κατοιχομένῳ τῷ πατρὶ διατιθέντος γυμνικὸν ἀγῶνα, παρεγένετο καὶ ὁ Περσεὺς ἀγωνίσασθαι θέλων. ἀγωνιζόμενος δὲ, πένταθλον τὸν δίσκον ἐπὶ τὸν Ἀκρισίου πόδα βαλὼν, παραχρῆμα ἀπέκτεινεν αὐτόν. αἰσθόμενος δὲ τὸν χρησμὸν τετελεσμένον, τὸν μὲν Ἀκρίσιον ἔξω τῆς πόλεως ἔθαψεν. αἰσχυνόμενος δὲ εἰς Ἄργος ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὸν κλῆρον τοῦ δι' αὐτοῦ τετελευτηκότος, παραγενόμενος εἰς Τίρυνθα πρὸς τὸν Προίτου παῖδα Μεγαπένθην, ἠλλάξατο· τούτῳ τε τὸ Ἄργος ἐνεχείρισε. καὶ Μεγαπένθης μὲν ἐβασίλευσεν Ἀργείων· Περσεὺς δὲ Τίρυνθος· προστειχίσας Μίδειαν, καὶ Μυκήνας. ἐγένοντο δὲ ἐξ Ἀνδρομέδας παῖδες αὐτῷ, πρὶν μὲν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα [Πέρσην,] ὃν παρὰ Κηφεῖ κατέλιπεν. ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς Περσῶν βασιλέας λέγεται γενέσθαι· ἐν Μυκήναις δὲ Ἀλκαῖ-

ſeus, cum Danae & Andromeda Argos Acriſium viſurus properauit. Is autem oraculi metu Argos deſeruit, atque in Pelaſgiam terram commigrauit. Interea Teutamia Lariſſæorum rege, patri iam vita functo gymnicum certamen edituro, ad id etiam Perſeus decertaturus aduenit: ac etiam quinquertium ludens, diſci iactu Acriſij pede percuſſo, actutũ eum interfecit. Poſt, vbi Perſeus oraculum iam expletum eſſe animaduertit, Acriſium quidem extra vrbem ſepeliuit. Verum, quòd Argos ad illius hereditatem adeũdam, qui eius opera occubuiſſet, remeare iuſto quodam pudore teneretur, profectus Tirynthem ad Megapenthem Prœti filium, cum regno viciſſim commutauit. Nam illi Perſeus Argos tradidit, ac Megapenthes Argiuorum regno præficitur: Perſeus verò Tirynthẽ adeptus, Mideámq;, & Mycenas admuniuit. Porrò ex Andromeda Perſeus filios habuit antè quàm in Græciã veniſſet, Perſem ſcilicet, quẽ apud Cepheũ reliquerat. Ab hoc Perſarum reges originem duxiſſe feruntur. At Mycenis procreauit Al-

ος, καὶ Σθένελος καὶ Ἕλας, Μήστωρ τε καὶ Ἠλεκτρύων, καὶ θυγάτηρ Γοργοφόνη ἣν Περιήρης ἔγημεν. πάλιν δὲ ἐξ Ἀλκέως Ἱππονόμης τῆς Μενοικέως Ἀμφιτρύων ἐγένετο, καὶ θυγάτηρ Ἀναξώ. ἐκ δὲ Μήστορος καὶ Λυσιδίκης τῆς Πέλοπος, Ἱπποθόη. ταύτην ἁρπάσας Ποσειδῶν, καὶ κομίσας ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους, μίγνυται, καὶ γεννᾷ Τάφιον, ὃς ᾤκισε Τάφον· καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. ἐκ Ταφίου δὲ, παῖς Πτερέλαος ἐγένετο. τοῦτον ἀθάνατον ἐποίησε Ποσειδῶν, ἐν τῇ κεφαλῇ χρυσῆν ἐνθεὶς τρίχα. Πτερελάῳ δὲ ἐγένοντο θυγάτηρ Κιμαιθὼ, καὶ ἄρρενες παῖδες, Χρόμιος, Τύραννος Ἀντίοχος, Χερσιδάμας, Μήστωρ, Εὐήρης. Ἠλεκτρύων δὲ γήμας τὴν Ἀλκαίου θυγατέρα Ἀναξὼ, ἐγέννησε θυγατέρας μὲν Ἀλκμήνην, παῖδας δὲ Στρατοβάτην, Γοργοφόνον, Φιλονόμον, Κελαινέα, Ἀμφίμαχον, Λυσίνομον, Χειρίμαχον, Ἀνάκτορα, Ἀρχέλαον. μετὰ δὲ τούτους, καὶ νόθον ἐκ Φρυγίας γυναικὸς Μιδείας Λικύμνιον. Σθενέλου δὲ καὶ Νικίππης τῆς Πέλοπος, Ἀλκυόνη καὶ

cæum, Sthenelum, Helam, ac Mastorem, & Electryonem, filiam insuper Gorgophonem, quam Perieres vxorem duxit. Item ex Alceo, atq; Hipponome Menœcei filia nascitur Amphitryo, & Anaxo filia. De Mestore, ac Lysidice Pelopis filia Hippothoe gignitur: quam, cũ rapuisset Neptunus, atque in Echinadas insulas intulisset, comprimit: ex eâque Taphium creat, qui Taphum solum colonos induxit habitaturos, quos Teleboas quòd procul à patria iuerit, appellauit. Sed ex Taphio Pterelaüs natus est. Hunc Neptunus aureo crine illius capiti imposito, fecit immortalẽ. Cęterum Pterelai septem filij fuerunt, femina quidem Comætho, at mares, Chromius, Tyrannus, Antiochus, Chersidamas, Mastor, Eueres. Atqui Electryon ducta in matrimonium Anaxone Alcęi filia, suscepit feminei quidẽ sexus Alcmenam, mares autem, Stratobatẽ, Gorgophonũ, Philonomũ, Celæneũ, Amphimachũ, Lysinomũ, Cherimachũ, Anactorẽ, Archelaũ: sed posthosce spuriũ ex Phrygia muliere Midea Licymniũ. E Sthenelo verò & Nicippe, quæ Pelopis fuit', Alcinoe &

Μέδουσα· ὕστερον δὲ καὶ Εὐρυσθεὺς ἐγένετο, ὃς καὶ Μυκηνῶν ἐβασίλευσεν. ὅτι γὰρ Ἡρακλῆς ἔμελλε γεννᾶσθαι, Ζεὺς ἐν θεοῖς ἔφη, τὸν ἀπὸ Περσέως γεννηθησόμενον τότε βασιλεύειν Μυκηνῶν. Ἥρα δὲ διὰ τὸν ζῆλον, Εἰλείθυιαν ἔπεισε τὸν μὲν Ἀλκμήνης τόκον ἐπισχεῖν, Εὐρυσθέα δὲ τὸν Σθενέλου παρεσκεύασε γεννηθῆναι, ἑπταμηνιαῖον ὄντα. Ἠλεκτρύονος δὲ βασιλεύοντος Μυκηνῶν μετὰ Ταφίου, οἱ Πτερελάου παῖδες ἐλθόντες, τὴν Μήστορος ἀρχὴν τοῦ μητροπάτορος ἀπῄτουν. καὶ μὴ προσέχοντος Ἠλεκτρύονος, ἀπήλαυνον τὰς βόας. ἀμυνομένων δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων, ἐκ προκλήσεως ἀλλήλους ἀπέκτειναν. ἐσώθη δὲ τῶν Ἠλεκτρύονος παίδων Λικύμνιος ἔτι νέος ὑπάρχων· τῶν δὲ Πτερελάου, Εὐήρης, ὃς καὶ τὰς ναῦς ἐφύλασσε. τῶν δὲ Ταφίων οἱ διαφυγόντες, ἀπέπλευσαν τὰς ἐλαθείσας βόας ἑλόντες· καὶ παρέθεντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ἠλείων Πολυξένῳ. Ἀμφιτρύων δὲ παρὰ Πολυξένου λυτρωσάμενος αὐτὰς ἤγαγεν εἰς Μυκήνας. ὁ δὲ Ἠλεκτρύων τὸν τῶν παίδων θάνατον βουλόμενος ἐκδικῆσαι, παραδοὺς τὴν βασιλείαν

Medusa procreantur: mox etiā eidē EVrystheus natus est, qui Mycenis imperauit. Nā quo tēpore Hercules gignēdus esset, tū Iupiter inter Deos dixisse fertur, qui è Persei prole oriturus est, Mycenis regnabit. Hinc Iuno persuasit ob inuidiā, Ilithyiæ, vt Alcmenes partū cohiberet; eámq; vt EVrystheus Sthenelei filius in lucē, iam septimestris, proderet, subornauit. Ad Electryonē autē Mycenis cū Taphio imperantē Pterelai filij profecti, ab eodē Mastoris regnū auo materno sepetūt. qui, quòd ab eorum postulatis maximè abhorreret Electryo, ipsius boues abegerūt. Tū Electryonis filij vim vi repellētes, mutuo concursu perimuntur. at ex Electryonis liberis Licymnius, quòd puer admodū esset adhuc, seruatur incolumis. Atqui ex Pterelai natis Eueres, qui naueis asseruabat, superstes fuit. Tū q; de Taphijs euasissēt, vela vēto dederūt, & abactas secū boues Polyxeno Eliēsiū regi cōmēdarūt. Cęterū Amphitryo redēptas de Polyxeno boues Mycenas abduxit. Interea verò Electryo filiorū cædē vlturus, regno simul cum Alcmene filia in

Ἀμφιτρύωνι καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλκμήνην, ἐξορκίσας ἵνα μέχρι τῆς ἐπανόδου παρθένον αὐτὴν φυλάξῃ, στρατεύειν ἐπὶ Τηλεβόας διενοεῖτο. ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας, μιᾶς ἐκθορούσης Ἀμφιτρύων ἐπ' αὐτὴν ἀφῆκεν ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε, ῥόπαλον. τὸ δὲ ἀποκρουσθὲν ἀπὸ τῶν κεράτων εἰς τὴν Ἠλεκτρύονος κεφαλὴν ἐλθὸν, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὅθεν λαβὼν ταύτην τὴν πρόφασιν Σθένελος, παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Μυκηνῶν, καὶ τῆς Τίρυνθος αὐτὸς κατέσχε. τὴν δὲ Μίδειαν μεταπεμψάμενος τοὺς Πέλοπος παῖδας Ἀτρέα καὶ Θυέστην, παρέθετο τούτοις. Ἀμφιτρύων δὲ σὺν Ἀλκμήνῃ καὶ Λικυμνίῳ παραγενόμενος ἐπὶ Θήβας, ὑπὸ Κρέοντος ἡγνίσθη· καὶ δίδωσι τὴν ἀδελφὴν Περιμήδην Λικυμνίῳ. λεγούσης δὲ Ἀλκμήνης γαμηθήσεσθαι τῷ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς ἐκδικήσαντι τὸν θάνατον· ὑποσχόμενος ἐπὶ Τηλεβόας στρατεύει Ἀμφιτρύων, καὶ παρεκάλει συμβάλλεσθαι Κρέοντα. ὁ δὲ, ἔφη, στρατεύσειν ἐὰν πρότερον ἐκεῖνος τὴν Καδμίαν τῆς ἀλώπε-

Amphitryonis poteſtatem tradito, iuriſiurādi religione illum prius adegit, vt ad reditum vſque filiā virginem ſeruaret intactam. Bellum enim contra Teleboas conflare cogitabat. Is autem cùm boues reduceret, earúmque vna aufugeret, in ipſam Amphitryo, tum, quam manibus forte clauam geſtabat, immiſit. Quæ de bouis cornibus repulſa in Electryonis caput inſiliens, ipſum vita priuauit. Sthenelus itaque hanc nactus occaſionem, è tota Argiuorum terra Amphitryonem exegit. Inde non modo Mycenarū, ſed etiam Tirynthis ditione potitus eſt: mox autem Pelopis ad ſe filijs Atreo Thyeſtæque accerſitis Mideam cōmendauit. Amphitryo vero cum Alcmena & Licymnio Thebas profectus, à Creōte fuit expiatus, ac Perimedem ſororem Licymnio tradit. Interea vero Alcmene dictitante ei nupturam ſe eſſe, qui fratrum ſuorum interitum vlciſceretur. Tum Amphitryo pollicitus aduerſus Teleboas ſe bellū moturum, Creontem quoque ad id ſibi ſocium aduocauit. Tum is ſocium ſe belli fore inquit, ſi prius ille Cadmiam à vulpe libe-

κος ἀπαλλάξῃ· ἔφθειρε γὰρ τὴν Καδμίαν ἀλώπηξ θηρίον. ὑποστάντος δὲ ὅμως, εἱμαρμένον ἦν αὐτὴν μηδένα καταλαβεῖν. ἀδικουμένης δὲ τῆς χώρας, ἕνα τῶν ἀστῶν παῖδα οἱ Θηβαῖοι κατὰ μῆνα προετίθεσαν αὐτῇ, πολλοὺς ἁρπαζούσῃ, τοῦτ' εἰ μὴ γένοιτο. ἀπαλλαγεὶς οὖν Ἀμφιτρύων, εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέφαλον τὸν Δηιονέως συνέπεισεν ἐπὶ μέρει τῶν ἀπὸ Τηλεβόων λαφύρων ἄγειν ἐπὶ τὴν θήραν τὸν κύνα, ὃν Πρόκρις ἤγαγεν ἐκ Κρήτης, παρὰ Μίνωος λαβοῦσα. ἦν δὲ καὶ τούτῳ πεπρωμένον πᾶν ὅ,τι ἂν διώκῃ, λαμβάνειν. διωκομένης οὖν ὑπὸ τοῦ κυνὸς τῆς ἀλώπεκος, Ζεὺς ἀμφοτέρους, λίθους ἐποίησεν. Ἀμφιτρύων δὲ ἔχων ἐκ μὲν Θορίκου τῆς Ἀττικῆς Κέφαλον συμμαχοῦντα· ἐκ δὲ Φωκέων Πανοπέα· ἐκ δὲ Ἕλους τῆς Ἀργείας Ἕλειον τὸν Περσέως· ἐκ δὲ Θηβῶν Κρέοντα, τὰς τῶν Ταφίων νήσους ἐπόρθει. ἄχρι μὲν οὖν ἔζη Πτερέλαος, οὐκ ἐδύνατο τὴν Τάφον ἑλεῖν. ὡς δὲ ἡ Πτερελάου θυγάτηρ Κομαιθὼ ἐρασθεῖσα Ἀμφιτρύωνος, τὴν χρυσῆν τρίχα τοῦ πατρὸς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐξείλετο,

à vulpe liberaret: nam fera vulpes Cadmiam deuastarat. Hic & si recepisset, fato tamen cautum erat, eam à nullo vnquam mortalium captam iri. Interim, dùm fines à vulpe diripiuntur, vnũ ex vrbanis puerũ Thebani singulis mensibus ipsi apposuerunt: quæ nisi hoc factum fuisset, plures raptura erat. Igitur Amphitryo Athenas profectus ad Cephalum Deionei filium, hunc Teleboarum spoliorũ parte promissa, induxit, vt in venationem adduceret canẽ, quem Procris è Creta sumptum à Minoe, duxerat. Cui fato concessum fuerat vt quamcumque ferã insectaretur, occideret. Quamobrẽ canem, cui Lælapi nomen fuit, cũ vulpẽ insequitur, Iupiter vtrumq; lapides effecit. Amphitryo Cephalũ à Thorico, qui Atticæ terræ populi nomẽ est, belli sociũ habẽs, & de Phocẽsibus Panopeũ: ab Elo vrbe Argiuorũ Eleũ, Persei filiũ: à Thebis Creõtẽ, Taphiorũ insulas deuastat. Verum Pterelaus donec in humanis fuit, Taphum capere nunquam potuit. Post, vbi Cometho Pterelai filia Amphitryonis amore inflammata est, aureum de patris capite capillum prosecuit, inde

Πτερελάου τελευτήσαντος, ἐχειρώσατο τὰς νήσους ἁπάσας. τὴν μὲν οὖν Κομαιθὼ κτείνας Ἀμφιτρύων, καὶ τὴν λείαν ἔχων, εἰς Θήβας ἔπλει, καὶ τὰς νήσους Ἐλίῳ καὶ Κεφάλῳ δίδωσι. κἀκεῖνοι πόλεις αὐτῶν ἐπωνύμους κτίσαντες, κατῴκησαν. πρὸ τοῦ δὲ Ἀμφιτρύωνα παραγενέσθαι εἰς Θήβας, Ζεὺς διὰ νυκτὸς ἐλθὼν, καὶ τὴν μίαν τριπλασιάσας νύκτα, ὅμοιος Ἀμφιτρύωνι γενόμενος, Ἀλκμήνῃ συνευνάσθη· καὶ τὰ γενόμενα περὶ Τηλεβόων διηγήσατο. Ἀμφιτρύων δὲ παραγενόμενος, ὡς οὐχ ἑώρα φιλοφρονουμένην πρὸς αὐτὸν τὴν γυναῖκα, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν· εἰπούσης δὲ, ὅτι τῇ προτέρᾳ νυκτὶ παραγενόμενος αὐτῇ συγκεκοίμηται· μανθάνει παρὰ Τειρεσίου τὴν γενομένην τοῦ Διὸς συνουσίαν. Ἀλκμήνη δὲ δύο ἐγέννησε παῖδας· Διὶ μὲν Ἡρακλέα μιᾷ νυκτὶ πρεσβύτερον· Ἀμφιτρύωνι δὲ Ἰφικλέα. τοῦ δὲ παιδὸς ὄντος ὀκταμηνιαίου. δύο δράκοντας ὑπερμεγέθεις Ἥρα ἐπὶ τὴν εὐνὴν ἔπεμψε, διαφθαρῆναι τὸ βρέφος θέλουσα. ἐπιβοωμένης δὲ Ἀλκμήνης Ἀμφιτρύωνα,

Pterelai morte insecuta omnes ad vnam insulas subegit Amphitryo. Qui interfecta pòst Comethone, captis spolijs Thebas renauigat, & insulas Eleo Cephalóque tradidit. Mox illi conditas sibi cognomines vrbes habitatum commigrarunt. Prius autem quàm Amphitryo Thebas rediisset, per noctem Iupiter ad Alcmenam contendit, cum qua trinoctio facto mutatus in Amphitryonis viri formam, concubuit: quæque aduersus Teleboas gesta essent, omnia recensuit. Vbi verò Amphitryo redijt, ac se à coniuge negligentius excipi videt, ab ea huiusce rei causam postulat. cui, cum Alcmena respondisset, quòd reuersus priore nocte secum concubuisset: à Tiresia Iouis cum vxore concubitum factum resciscit. Alcmena verò duos peperit filios: Ioui quidem Herculem, vna nocte grandiorem: atque Amphitryoni Iphiclem. At cum Hercules octo iam menses natus esset, dracones duos inusitatæ magnitudinis Iuno infantem perdituros in lectum demisit: Alcmena Amphitryonis opem implorante,

Ἡρακλῆς διαναστὰς ἄγχων ἑκατέραις ταῖς χερσὶν αὐτοὺς διέφθειρε. Φερεκύδης δὲ φησὶν Ἀμφιτρύωνα βουλόμενον μαθεῖν, ὁπότερος ἦν τῶν παίδων ἐκείνου, τοὺς δράκοντας εἰς τὴν εὐνὴν ἐμβαλεῖν. καὶ τοῦ μὲν Ἰφικλέους φυγόντος, τοῦ δὲ Ἡρακλέους ὑποστάντος, μαθεῖν, ὡς Ἰφικλῆς ἐξ αὐτοῦ γεγένηται. ἐδιδάχθη μὲν Ἡρακλῆς ἁρματηλατεῖν μὲν, ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος· παλαίειν δὲ, ὑπὸ τοῦ Αὐτολύκου· τοξεύειν δὲ, ὑπὸ Εὐρύτου· ὁπλομαχεῖν δὲ, ὑπὸ Κάστορος· κιθαρῳδεῖν δὲ ὑπὸ Λίνου. οὗτος δὲ ἦν ἀδελφὸς Ὀρφέως. ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας, καὶ Θηβαῖος γενόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανε· ἐπιπλήξαντα γὰρ αὐτὸν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε. δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ, φόνου, παραναγνοὺς νόμον Ῥαδαμάνθυος, λέγοντος, Ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι. καὶ οὕτως ἀπηλλάγη. δείσας δὲ Ἀμφιτρύων μὴ πάλιν τι ποιήσῃ τοιοῦτον, ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὰ βουφόρβια.

Hercules in pedes erectus vtraque manu constrictos ipsos necauit. Cæterũ Pherecydes ait, Amphitryonem, dum, vter esset eius de pueris filius, scire vellet, dracones hosce in cunas lectúmue iniecisse: Quo facto Iphicles planè in fugam ire conatur. At Hercules immotus stetit: atque ita Iphiclem ex ipso genitũ cognouisse refert. Hercules currus agitare ab Amphitryone, luctandi autem artem ab AVtolyco, & ab EVryto sagittãdi rationem, à Castore sub armis exerceri, demum à Lino citharœdicã didicit. Is Orphei frater fuit. Qui cum Thebas commigrasset, ac Thebanorum ciuium numero allectus fuisset, cithara percussus ab Hercule, interijt: quòd ab eo velut præceptore vapulasset, ira succensus interemit. cui cum quidam diem dicerent, & cædis, & commissi criminis postularent, ille contra Rhadamãthi legem recitans eiusmodi, Qui manibus iniustis irritantem punierit, insons esto. & hunc in modum Hercules euasit incolumis. Veritus autem Amphitryo nequid iterum eiusmodi faceret, eum ad boum armenta amandauit,

κἀκεῖ τρεφόμενος, μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ πάντων διήνεγκεν. ἦν δὲ καὶ θεωρηθεὶς φοβερὸς, ὅτι Διὸς παῖς ἦν. τετραπηχυαῖον μὲν γὰρ εἶχε τὸ σῶμα. πυρὸς δὲ ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν αἴγλην. οὐκ ἠστόχει δὲ οὔτε τοξεύων, οὔτε ἀκοντίζων. ἐν δὲ τοῖς βουκολίοις ὑπάρχων ὀκτωκαιδεκαέτης, τὸν Κιθαιρώνειον ἀνεῖλε λέοντα. οὗτος ὁρμώμενος ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, τὰς Ἀμφιτρύωνος ἔφθειρε βόας, καὶ τὰς Θεσπίου. βασιλεὺς δὲ ἦν οὗτος Θεσπιῶν, πρὸς ὃν ἀφίκετο Ἡρακλῆς, ἑλεῖν βουλόμενος τὸν λέοντα. ὁ δὲ, αὐτὸν ἐξένισε πεντήκοντα ἡμέρας. καὶ ἐπὶ τὴν θήραν ἐξιόντι νυκτὸς ἑκάστης μίαν συνεύναζε θυγατέρα. πεντήκοντα δὲ αὐτῷ ἦσαν ἐκ Μεγαμήδης γεγεννημέναι τῆς Ἀρναίου. ἐσπούδαζε γὰρ πάσας ἐξ Ἡρακλέους τεκνοποιήσασθαι. Ἡρακλῆς δὲ μίαν νομίζων εἶναι τὴν ἀεὶ συνευναζομένην, συνῆλθε πάσαις. καὶ χειρωσάμενος τὸν λέοντα, τὴν μὲν δορὰν ἠμφιάσατο· τῷ χάσματι δὲ ἐχρήσατο κόρυθι. ἀνακάμπτοντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῆς θήρας, συνήντησαν κήρυκες παρὰ Ἐργίνου πεμφθέντες ἵνα παρὰ

ibíque dũ educatur, & corporis & virium præstantia ceteris omnibus antecellebat. Adhæc visu terribilis erat, nempe Iouis filius, quíque cubitum corporis quatuor erat altitudine. Igneũ ex oculis splẽdorem effundebat: nec frustra aut ab arcu sagittas emittebat, aut iaculo feriebat. Qui, cum inter boum armenta esset annum agens decimumoctauum, leonem Cithæroneum interfecit. Hic è Cithærone impetu facto, Amphitryonis ac Thestij boues dissipabat. Is autẽ Thespiẽsium rex erat, ad quem, leonis illius occidendi ergo se contulit Hercules: apud quẽ dies quinquaginta exceptus hospitio permansit. Huic, quòd per diẽ * venatum eunti noctibus singulis singulas filias subigendas dabat. Is autem filias quinquaginta ex Megamede Arnæi filia natas habebat: qui summa ope nitebatur, vt Herculis semine repletæ omnes sibi nepotes procrearent. Hercules vnam eandémque sibi supponi puellã existimans, cum omnibus tandẽ coiuit: ac subacti suis viribus leonis pellẽ sibi induit, & huius hiatũ galeæ loco habuit. redeũti verò illi à venatiõe Ergini legati missi

Θηβαίων τὸν δασμὸν λάβωσιν. ἐτέλουν δὲ Θηβαῖοι τὸν δασμὸν Ἐργίνῳ δι' αἰτίαν τήνδε· Κλύμενον τὸν Μινυῶν βασιλέα λίθῳ βαλὼν Μενοικέως ἡνίοχος, ὄνομα Περιήρης, ἐν Ὀγχηστῷ Ποσειδῶνος τεμένει τιτρώσκει. ὁ δὲ κομισθεὶς εἰς Ὀρχομενὸν ἡμιθανὴς, ἐπισκήπτει τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. στρατευσάμενος δὲ Ἐργῖνος ἐπὶ Θήβας, κτείνας οὐκ ὀλίγους, ἐσπείσατο μεθ' ὅρκων ὅπως πέμπωσιν αὐτῷ Θηβαῖοι δασμὸν ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη, κατ' ἔτος ἑκατὸν βόας. ἐπὶ τοῦτον τὸν δασμὸν τοὺς κήρυκας εἰς Θήβας ἀπιόντας συντυχὼν, Ἡρακλῆς ἐλωβήσατο· ἀποτεμὼν γὰρ αὐτῶν τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ διὰ σχοινίων τὰς χεῖρας δήσας ἐκ τῶν τραχήλων, ἔφη τοῦτον Ἐργίνῳ καὶ Μινύαις δασμὸν κομίζειν. ἐφ' οἷς ἀγανακτῶν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θήβας. Ἡρακλῆς δὲ, λαβὼν ὅπλα παρ' Ἀθηνᾶς καὶ πολεμαρχῶν, Ἐργῖνον μὲν ἔκτεινε· τοὺς δὲ Μινύας ἐτρέψατο. καὶ τὸν δασμὸν διπλοῦν ἠνάγκασε Θηβαίοις φέρειν. συνέβη δὲ κατὰ τὴν μάχην Ἀμφιτρύωνα γενναίως μαχόμενον

à Thebanis tributum vectigal ve exacturi, obuiã facti ierũt. Thebani verò Ergino hãc ob causã vectigales tributarij ve erant: Clymenum Minyarũ regẽ Menœcei auriga, cui nomẽ fuit Perieres, lapidis ictu in Onchesto Neptuni luco vulnerat, & hic Orchomenũ semimortuus delatus, ac moribũdus Ergino filio mortẽ suã vlcisci iubet. Erginus itaque ingẽti cum exercitu contra Thebas profectus, nõ paucis trucidatis pacẽ demum iureiurando stabilitã Thebanis dedit ea lege, vt ij ad annos viginti, boues cẽtum quotãnis tributi nomine ad eũ mitterẽt. Hercules, legatos ad id tributi petendum Thebas adeũtes forte quadã obuiã habẽs, ignominia affecit, desectis auribúsq; & naribus queq;, & funiculis suas ijs collo manus circũligãs, Hoc, inquit, Ergino, & Minyis tributũ reportate. Quas ob res indignatus Erginus in Thebas bellũ intulit. At Hercules armis à Minerua sumptis, & bello præfectus Erginũ quidẽ obtrũcauit, Minyas autẽ in fugã vertit: ac is Minyas geminatum tributum Thebanis pendere imperauit. Quo bello cum fortissimè pugnaret, Amphitryo inter-

πλουτῆσαι. λαμβάνει δὲ Ἡρακλῆς παρὰ Κρέοντος ἀριστεῖον τὴν πρεσβυτάτην θυγατέρα Μέγαραν· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο τρεῖς· Θηρίμαχος, Κρεοντιάδης, Δηικόων. τὴν δὲ νεωτέραν θυγατέρα, Κρέων Ἰφίκλῳ δίδωσιν, ἤδη παῖδα Ἰόλαον ἔχοντι ἐξ Αὐτομεδούσης τῆς Ἀλκάθου. ἔγημε δὲ καὶ Ἀλκμήνην, μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος θάνατον, Διὸς παῖς Ῥαδάμανθυς. κατῴκει δὲ ἐν Ὠκαλείᾳ τῆς Βοιωτίας πεφυγαδευμένος. προμαθὼν δὲ παρ' Εὐρύτου τὴν τοξικὴν Ἡρακλῆς, ἔλαβε παρὰ Ἑρμοῦ μὲν ξίφος, παρ' Ἀπόλλωνος δὲ τόξα, παρὰ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν· παρὰ δὲ Ἀθηνᾶς πέπλον. ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας. μετὰ δὲ τὴν πρὸς Μινύας αὐτοῦ μάχην, συνέβη κατὰ ζῆλον Ἥρας μανῆναι· καὶ τούς τε ἰδίους παῖδας οὓς ἐκ Μεγάρας εἶχεν, εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν, καὶ τῶν Ἰφίκλου δύο. διὸ καταδικάσας ἑαυτοῦ φυγήν, καθαίρεται μὲν ὑπὸ Θεσπίου· παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, πυνθάνεται τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. ἡ δὲ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε, ὁ δὲ γὰρ πρότερον Ἀλκίδης

cum monile Delphos delatum Apollini dedicarit, & peplum. Hæc ille Alcmæonis verbis credulus tradit. Postea, cum ei à famulo denuntiatum esset, quòd hæc ad Callirrhoen ferret, is insidijs à Phegei liberis Temeno & Axione patris imperio circumuentus è medio tollitur. Arsinoem verò id factum increpantem Phegei filij coniectam in arcam, Tegeā transuehunt, atque Agapenori tradunt, ementiti Alcmæonem ab ea fuisse interfectum. Cæterùm Callirrhoe audito Alcmæonis interitu, dum secum rem habet Iupiter, ab ipso flagitat vt ij quos ex Alcmæone liberos sustulisset, necem paternam vlciscerentur, repente adulta iam ætate forent. Qua re impetrata, adulti planè filij repentè ad patris vltionem exilierunt. Quo etiam tempore Phegei filij Pronous & Agenor, vt monile ac peplum Delphico Apollini dedicaturi ferebant, ad Agapenorem. & Alcmæonis filij Amphoterúsque & Acarnan vnà diuertunt, vbi cæsis patris sui interfectoribus, profecti Psophidem, factóque in regiam impetu,

τόν τε Φηγέα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κτείνουσι. διωχθέντες δὲ ἄχρι Τεγέας, ἐπιβοηθησάντων Τεγεατῶν, καί τινων Ἀργείων, ἐσώθησαν, εἰς φυγὴν τῶν Ψωφιδίων τραπέντων. δηλώσαντες δὲ τῇ μητρὶ ταῦτα, τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς ἀνέθεντο, κατὰ πρόσταξιν Ἀχελώου. πορευθέντες δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον, συναθροίζουσιν οἰκήτορας, καὶ κτίζουσιν Ἀκαρνανίαν. ΕΥριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον, ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου, παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον, καὶ θυγατέρα Τισιφόνην. κομίσαντα δὲ εἰς Κόρινθον τὰ βρέφη, δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι, καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην διενεγκοῦσαν εὐμορφίᾳ, ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἀπεμπωληθῆναι, δεδοικυίας μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται. τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα, ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν, οὐκ εἰδότα τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα θεράπαιναν. παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν, καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι. καὶ Ἀμφίλοχος κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος, Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν.

Phegeum & vxorē eius occidunt, sed fugienteis Tegeam vsque Psophidij insecuti sunt: verū Tegeensium ope,& Argiuorum quorundam adiuncta, fugatis Psophidijs incolumes euaserunt. Quique, vbi rem gestam omnem matri declararunt, monile simul, & peplum, Delphos profecti ex Acheloi imperato, Apollini consecrarunt. Progressi deinde in Epirū, collectis colonis Acarnaniam condunt. Atqui EVripides Alcmæonē inquit per insaniæ tempora, ex Mantone Tiresiæ filia duos suscepisse, marem scilicet Amphilochum, & fœminei sexus Tisiphonē. Tralatos deinde puerulos Corinthū, Creonti Corinthiorum regi alendos dedisse: ac Tisiphonem forma præcellentissima à Creontis coniuge diuenditam fuisse, dum tacitè, ne eam Creon maritus in coniugium sibi caperet, subueretur. Alcmæonem verò hanc mercatum esse, cum suam ipsius filiam seruituram seruitutem nesciret. Mox autē profectum Corinthum liberos repetiturum, & filium etiā ipsū tulisse. Dein Amphilochus Apollinis oraculo monitus, Argos Amphilochicum habitatum concessit.

Ἐπανάξομεν δὲ νῦν πάλιν ἐπὶ τὸν Πελασγὸν, ὃν Ἀκουσίλαος μὲν Διὸς λέγει καὶ Νιόβης, καθάπερ ὑπέθεμεν· Ἡσίοδος δὲ αὐτόχθονα. τούτου δὲ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μελιβοίας, ἢ καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, νύμφης Κυλλήνης, παῖς Λυκάων ἐγένετο· ὃς βασιλεύων Ἀρκάδων, ἐκ πολλῶν γυναικῶν πεντήκοντα παῖδας ἐγέννησε· Μαίναλον, Θεσπρωτὸν, Ἕλικα, Νύκτιμον, Πευκέτιον, Καύκωνα, Μηκιστέα, Ὅπλεα, Μακαρέα, Μάκεδνον, Ὅρον, Πόλιχον, Ἀκόντην, Εὐαίμονα, Ἀγκύορα, Ἀρχεβάτην, Καρτέρωνα, Αἰγαίωνα, Πάλλαντα, Εὔμονα, Κάνηθον, Πρόθοον, Λίνον, Κορέθοντα, Μαίναλον, Τηλεβόαν, Φύσιον, Φάσσον, Φθῖον, Λύκιον, Ἀλίφηρον, Γενέτορα, Βουκολίωνα, Σωκλέα, Φινέα, Εὐμήτην, Ἁρπαλέα, Πορθέα, Γλάτωνα, Αἵμονα, Κύναιθον, Λέοντα, Ἁρπάλυκον, Ἡραιέα, Τιτάναν, Μαντίνευν, Κλείτορα, Στύμφαλον, Ὀρχομενὸν, Νύκτιμον τὸν νεώτερον. οὗτοι πάντας ἀνθρώπους ὑπερέβαλον ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀσεβείᾳ. Ζεὺς δὲ αὐτῶν βουλόμενος τὴν ἀσέβειαν πειρᾶσαι,

Iam verò redeundum est ad Pelasgum, quem Acusilaus, vt antea monuimus, Iouis & Niobes filium ait. Sed Hesiodo indigenā fuisse placet: cuius,& Melibœæ Oceani filiæ,siue, vt alij volunt, Cyllenes Nymphæ filium Lycaonem fuisse memoratur. Qui Arcadibus imperans, è multis vxoribus filiorum quinquaginta factus est pater. Quorum hæc sunt nomina, Mænalus, Thesprotus, Helix, Nyctimus, Peucetius, Caucon, Mecisteus, Opleus, Macareus, Macednus, Horus, Polichus, Acontes, Euæmon, Ancyor, Archebates, Carteron, Ægæon, Pallas, EVmon, Canethus, Prothous, Linus, Corethon, Mænalus, Teleboas, Physius, Phassus, Phthius, Lycius, Alipherus, Genetor, Bucolion, Socleus, Phineus, EVmetes, Harpaleus, Portheus, Platon, Æmon, Cynæthus, Leon, Harpalycus, Heræus, Titanas, Mantinus, Cletor, Stymphalus, Orchomenus, Nyctimus iunior. Hi cùm superbia tum impietate cunctis mortalibus antefteterunt. Quare Iupiter, vt horū impietatis periculū faceret,

εἰκασθεὶς ἀνδρὶ χερνήτῃ, παρεγένετο. οἱ δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξενία καλέσαντες, σφάξαντες ἕνα τῶν ἐπιχωρίων παῖδα, τοῖς ἱεροῖς τὰ τούτου σπλάγχνα συναναμίξαντες, παρέθηκαν [τῇ τραπέζῃ] συμβουλεύσαντος τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ Μαινάλου. Ζεὺς δὲ [μυσαχθεὶς] τὴν μὲν τράπεζαν ἀνέτρεψεν, ἔνθα νῦν Τραπεζοῦς καλεῖται ὁ τόπος· Λυκάονα δὲ καὶ τοὺς τούτου παῖδας ἐκεραύνωσε χωρὶς τοῦ νεωτάτου Νυκτίμου. ἀνασχοῦσα γὰρ ἡ Γῆ τὰς χεῖρας, καὶ τῆς δεξιᾶς τοῦ Διὸς ἐφαψαμένη, τὴν ὀργὴν κατέπαυσε. Νυκτίμου δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐγένετο. τοῦτον ἔνιοί φασι διὰ τὴν τῶν Λυκάονος παίδων δυσσέβειαν γενέσθαι. Εὔμηλος δὲ, καί τινες ἕτεροι, λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστὼ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν Νυμφῶν λέγει· Ἄσιος δὲ Νυκτέως· Φερεκύδης δὲ Κητέως. αὕτη σύνθηρος Ἀρτέμιδος οὖσα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ στολὴν φοροῦσα, ὤμοσεν αὐτῇ μεῖναι παρθένος.

sumpta hominis mercenarij forma, ad eos accedit. Tum hi simulac eum conspicâtur inuitatum hospitē domi suę excipiunt. Huic iugulati è cōterraneis pueris vnius viscera, sacris admista, Mænali fratris natu maioris suasu comedēda apposuerunt. At Iupiter id genus mēsæ maximum in modum aspernatus euertit, & eo ipso in loco, vbi nūc Trapezus (is enim loci nomē est) spectatur. Ceterùm Lycaonē, ac eius liberos, præter Nyctimū nouissimum omnium, fulmine percussos cōcremauit. Terra interim sublatis in altū manibus, ac Iouis dexterā contactu suo demulcens, illius iram compescuit. Enimuero Nyctimus, vt regnū adeptus est, Deucalionis diluuium insequitur. Hoc sanè alij Deucalionis filiorū impietate ac scelere factum fuisse scribunt. EVmelus verò & alij quidam Lycaonē filiam etiam Callistonem habuisse narrât. Quam quidem Hesiodus vnam è nymphis esse recensuit. Asius autem eam Nycteo, at Pherecydes Ceteo natam esse referunt. Hæc quòd cum Diana venandi studio oblectata, candémque stolam induta, secum inibi se virginitati addictam fore iurauit.

Ζεὺς δὲ ἐρασθεὶς, ἀκούσῃ συνευνάζεται, εἰκασθεὶς, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, Ἀρτέμιδι· ὡς δὲ ἔνιοι, Ἀπόλλωνι. βουλόμενος δὲ Ἥραν λαθεῖν, εἰς Ἄρκτον μεταμόρφωσεν αὐτήν. Ἥρα δὲ ἔπεισεν Ἄρτεμιν, ὡς ἄγριον θηρίον κατατοξεῦσαι. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας, ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀναθρέψειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα· τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας, ἐκάλεσεν Ἄρκτον. Ἀρκάδος δὲ καὶ Λεανείρας τῆς Ἀμύκλου, ἢ Μεγανείρας τῆς Κρόκωνος· ὡς δὲ Εὔμηλος λέγει, νύμφης Χρυσοπελείας, ἐγένοντο παῖδες Ἔλατος καὶ Ἀφείδας. οὗτοι τὴν γῆν ἐμερίσαντο. τὸ δὲ πᾶν κράτος εἶχεν Ἔλατος· ὃς ἐκ Λαοδίκης τῆς Κινύρου, Στύμφαλον καὶ Πέρεα τίκτει. Ἀφείδας δὲ Ἀλεὸν καὶ Σθενέβοιαν, ἣν γαμεῖ Προῖτος. Ἀλέου δὲ καὶ Νεαίρας τῆς Περέως, θυγάτηρ μὲν Αὔγη. υἱοὶ δὲ Κηφεὺς καὶ Λυκοῦργος. αὕτη μὲν οὖν ὑφ' Ἡρακλέους φθαρεῖσα, κατέκρυψε τὸ βρέφος ἐν τῷ τεμένει

Verum huius forma captus Iupiter, siquidem in Dianam, vt nonnulli aiunt, mutatus, siue, vt quidam, in Apollinem versus, inuitã subegit. Quod cum Iupiter Iunonem latere studeret, eam in vrsæ faciem vertit: Iuno interea Dianę, vt immanem belluam sagittis configat, persuasit. Nec desunt auctores, qui referant, illã promissæ virginitatis violatæ causa sagittis à Diana percussam obijsse. Qua demum sublata Iupiter abreptũ infantem in Arcadia Maiæ enutriẽdum dedit, eíque Arcadi nomen imposuit: & Callisto inter astra collocauit, vrsamque nominauit. Insuper ex Arcade ac Leanera Amyclæ filia, aut Meganira Croconis fuit. vt autem EVmelus ait: ex nympha Chrysopea nati sunt filij Elatus & Aphidas. qui terram partiti sunt. Summa verò potentia penes Elatũ fuit. Hic ex Laodice filia Cinyræ Stymphalum & Pereum gignit. Sed Aphidas Aleum, & Sthenebœam, quæ Prœto nupsit. Alei verò & Neæræ Perei filiæ, AVge quidem fœmina: mares autem, Cepheus ac Lycurgus. Hæc igitur ab Hercule vitiata infantem in a

τῆς Ἀθηνᾶς, ἧς εἶχε τὴν ἱερωσύνην. ἀκάρπου δὲ τῆς γῆς μενούσης, καὶ μηνυόντων τῶν χρησμῶν εἶναί τι ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς δυσσέβημα, φωραθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, παρεδόθη Ναυπλίῳ ἐπὶ θανάτῳ· παρ' οὗ Τεύθρας ὁ Μυσῶν δυνάστης παραλαβὼν αὐτὴν ἔφθειρε· τὸ δὲ βρέφος ἐκτεθὲν ἐν ὄρει Παρθενίῳ, θηλὴν ὑποσχούσης ἐλάφου, Τήλεφος ἐκλήθη. καὶ τραφεὶς ὑπὸ τῶν Κορίθου βουκόλων, καὶ ζητήσας τοὺς γονέας, ἧκεν εἰς Δελφούς. καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ θεοῦ, παραγίνεται εἰς Μισίαν, θετὸς παῖς Τεύθραντος γίνεται· καὶ τελευτῶντος αὐτοῦ, διάδοχος τῆς δυναστείας γίνεται. Λυκούργου δὲ καὶ Κλεοφίλης ἢ ΕΥρυνόμης, Ἀγκαῖος καὶ Ἔποχος, καὶ Ἀμφιδάμας, καὶ Ἴδαιος. Ἀμφιδάμαντος δὲ Μειλανίων, καὶ θυγάτηρ Ἀντιμάχη, ἣν ΕΥρυσθεὺς ἔγημεν. Ἰάσου δὲ καὶ Κλυμένης τῆς Μινύου, Ἀταλάντη ἐγένετο. ταύτης ὁ πατὴρ ἀῤῥένων παίδων ἐπιθυμῶν, ἐξέθηκεν αὐτήν· ἄρκτος δὲ φοιτῶσα πολλάκις θηλὴν ἐδίδου· μέχρις οὗ εὑρόντες κυνηγοὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀνέτρεφον.

Palladis lucum celauit: vbi prius illius sacerdotio præfuit. Cū verò ingrauesceret annona, vt plane fames immineret, quòd terra sterilitate laboraret: atq; oraculis significaretur, in Mineruæ luco quandā latere impietatē, deprehensa demū à patre puella, Nauplio occidenda traditur. à quo cum illam Teuthras Mysorum dynastes accepisset, vitiauit, & infans Parthenio in mōte exponitur: quòd cerua de suis vberibus alimētum suppeditarit, Telephus est appellatus: atq; à Corythi bubulcis enutritus, ac perquisitis parētibus Delphicum Apollinem adijt, ac monitus ab oraculo in Mysiam cōcedit, & puer à Teuthrante adoptatur: eóq; vita fūncto Mysiæ regni heres instituitur. At è Lycurgo, & Cleophile, siue EVrynome, nati sunt, Ancæus, Epochus, Amphidamas, & Idæus. ex Amphidamante verò Melanion, & Antimache filia. quā duxit EVrystheus. Ex Iaso & Clymene Minyæ filia nascitur Atalāta: cuius pater masculę prolis cupidus, eam exposuit: ad quā vrsa sæpenumero veniēs vbera protēdebat: eámque demum venatores inuentā penes se educarunt.

τελεία δὲ Ἀταλάντη γενομένη, παρθένον ἑαυτὴν ἐφύλαττεν· καὶ θηρεύουσα ἐν ἐρημίᾳ, καθωπλισμένη διετέλει. βιάζεσθαι δὲ αὐτὴν ἐπιχειροῦντες κένταυροι, Ῥοῖκος καὶ Ὑλαῖος, κατατοξευθέντες ὑπ' αὐτῆς ἀπέθανον. παρεγένετο δὲ μετὰ τῶν ἀρίστων καὶ ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον, καὶ ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ τεθέντι ἀγῶνι, ἐπάλαισε Πηλεῖ, καὶ ἐνίκησεν. ἀνευροῦσα δὲ ὕστερον τοὺς γονέας, ὡς ὁ πατὴρ γαμεῖν αὐτὴν ἔπειθεν, ἀπιοῦσα εἰς σταδιαῖον τόπον, καὶ πήξασα μέσον σκόλοπα τρίπηχυν, ἐντεῦθεν τῶν μνηστευομένων τοὺς δρόμους προϊοῦσα, ἐτρόχαζε καθωπλισμένη. καὶ καταληφθέντι μὲν αὐτῷ θάνατος ὠφείλετο· μὴ καταληφθέντι δὲ, γάμος. ἤδη δὲ πολλῶν ἀπολλυμένων, Μελανίων αὐτῆς ἐρασθεὶς, ἧκεν ἐπὶ τὸν δρόμον, χρύσεα μῆλα κομίζων παρὰ Ἀφροδίτης· καὶ διωκόμενος ταῦτα ἔρριπτεν. ἡ δὲ ἀναιρουμένη τὰ ῥιπτούμενα, τὸν δρόμον ἐνικήθη. ἔγημεν οὖν αὐτὴν Μελανίων. καί ποτε λέγεται θηρεύοντας αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὸ τέμενος Διός,

Atalanta deinde adultę iam ętatis se virginem seruabat, & venãdo in solitudine armata permanebat. Quin etiam vbi inuiolatę virginitati suæ à Rhœco & Hyllæo centauris vim parari perspicit, hi sagittis ab ea perfossi conciderũt: deuenit prætereà vnà cum viris pręclarissimis non ad venationẽ modò in Calydoniũ aprum indictã, sed etiam ad certamẽ in Pelię honorẽ institutum, propositúmq;, vbi cum Peleo luctata est, ac palmã inde est consecuta. Cum verò Atalanta nõ ita multo post genitores suos reperisset, ac patris suasu ad virũ capiendum inducta esset, in stadiũ abit, in cuius medio triũ cubitum palum defigit. Hinc procantium virorũ cursibus deductis armata decurrebat. In quib' qui vincebatur, cędes: at victori Atalãtæ cõiugium debebatur. Demũ post multorum cædes, Melanion eius amore inflãmatus, aureis malis, quę à Venere dono acceperat, secũ allatis, in illud decurrẽdi certamẽ descendit: ea in adcurrentem puellã insequẽs obijcit. Tũ Atalanta, dũ in proiectis pomis è terra colligẽdis occupatur, cursu deuicta est. Sic itaq; Melanion Atalãtæ cõiugio potitus est. Sed & fama est, eos aliquando per venationis otiũ in Iouis lucũ penetrasse,

κἀκεῖ συνουσιάζοντας, εἰς λέοντας ἀλλαγῆναι. Ἡσίοδος δὲ καί τινες ἕτεροι, τὴν Ἀταλάντην, οὐκ Ἰάσου ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον. Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου· καὶ τὸν γήμαντα αὐτὴν οὐ Μειλανίωνα, ἀλλὰ Ἱππομένην. ἐγέννησε δὲ ἐκ Μειλανίωνος Ἀταλάντη, ἢ, ὡς ἄλλοι λέγουσιν, Ἄρεος, Παρθενοπαῖον, ὃς ἐπὶ Θήβας ἐστρατεύσατο. Ἄτλαντος δὲ καὶ τῆς Ὠκεανοῦ Πληϊόνης, ἐγένοντο θυγατέρες ἑπτὰ ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας, αἱ Πληϊάδες προσαγορευθεῖσαι, Ἀλκυόνη, Μερόπη, Κελαινώ, Ἠλέκτρα, Στερόπη, Ταϋγέτη, Μαῖα. τούτων Στερόπην μὲν, Οἰνόμαος ἔγημε· Σίσυφος Μερόπην. δυσὶ δὲ ἐμίχθη Ποσειδῶν· πρώτῃ μὲν Κελαινοῖ, ἐξ ἧς Λύκος ἐγένετο· ὃν Ποσειδῶν ἐν μακάρων ᾤκησε νήσοις. δευτέρᾳ δὲ Ἀλκυόνῃ· ἣ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Αἴθουσαν, τὴν Ἀπόλλωνι Ἐλευθῆρα τεκοῦσαν καλλίστην· υἱοὺς δὲ Ὑρέα καὶ Ὑπερήνορα. Ὑρέως μὲν οὖν καὶ Κλονίης νύμφης, Νυκτεὺς καὶ Λύκος· Νυκτέως δὲ καὶ Πολυξοῦς, Ἀντιόπη. Ἀντιόπης δὲ καὶ Διός, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων.

ibique mutuo cōplexu coeuntes, in leones trāsformatos fuisse. Hesiodus autē, ac plerique alij, Atalantam nō Iasi, at Schœnei filiam fuisse memorarunt. EVripides, è Mænalo ortā, nec eam Melanioni, sed Hippomeni nuptam dicit. Atalanta hæc è Melanione, siue, vt alij volunt, ex Marte, Parthenopæum, qui bellum gessit in Thebanos, procreauit. Sed ex Atlante, ac Pleione Oceani filia in Cyllene Arcadiæ monte natæ sunt filiæ septē, quibus Pleiadibus cognomentum fuit, Alcyone, Merope, Celæno, Electra, Sterope, Taygete, Maia, de quibus Steropē OEnomaus vxorē sibi sociauit. Meropē Sisyphus: duas corrupit Neptunus: priorem quidem sanè Celæno, de qua Lycum filium extulit, quem Neptunus pater in fortunatorum insulas habitatū misit. Posteriorem autē Alcyonē, ex qua Æthusam filiam genuit, quæ Apollini Eleutherem filiam formosissimam peperit: sed filios Hyreum & Hyperenorem. Nycteus autē & Lycus ex Hyreo & nympha Clonia natus est. Déq; Nycteo & Polyxone Antiope orta est : de qua & Ioue Zethus & Amphio.

ταῖς δὲ λοιπαῖς Ἀτλαντίσι Ζεὺς συνουσιάζει. Μαῖα μὲν οὖν ἡ πρεσβυτάτη Διῒ συνελθοῦσα ἐν ἄντρῳ τῆς Κυλλήνης, Ἑρμῆν τίκτει. οὗτος ἐν σπαργάνοις ἐπὶ τοῦ λίκνου κείμενος ἐκδύς, εἰς Πιερίαν παραγίνεται, καὶ κλέπτει βόας, ἃς ἔνεμεν Ἀπόλλων. ἵνα δὲ μὴ φωραθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκεν. καὶ κομίσας εἰς Πύλον, τὰς μὲν λοιπὰς εἰς σπήλαιον ἀπέκρυψε. δύο δὲ καταθύσας, τὰς μὲν βύρσας πέτραις καθήλωσε· τῶν δὲ κρεῶν τὰ μὲν, κατηνάλωσεν ἑψήσας, τὰ δὲ, κατέκαυσε. καὶ ταχέως εἰς Κυλλήνην ᾤχετο· καὶ εὑρίσκει πρὸ τοῦ ἄντρου νεμομένην χελώνην, ταύτην ἐκκαθάρας, εἰς τὸ κύτος χορδὰς ἐντείνας, ἐξ ὧν ἔθυσε βοῶν, καὶ ἐργασάμενος, [λύραν ἐποίησε. καὶ πρώτης κρέα ὤπτησε. καὶ] λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον. Ἀπόλλων δὲ τὰς βόας ζητῶν, εἰς Πύλον ἀφικνεῖται· καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν. οἱ δὲ ἰδεῖν μὲν παῖδα ἐλαύνοντα ἔφασκον· οὐκ ἔχειν δὲ εἰπεῖν ποῖ ποτε ἠλάθησαν, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἴχνος δύνασθαι. μαθὼν δὲ ἐκ τῆς μαντικῆς τὸν κεκλοφότα, πρὸς Μαῖαν εἰς Κυλλήνην παραγί-

Atlãtidas autẽ cæteras Iupiter cõpressit. Siquidẽ Maia natarũ maxima ab Ioue in Cyllenes antto vitiata Mercuriũ parit: Hic, cum adhuc in cunis vagiret, erũpit, atq; Pieriã peruasit, & quas Apollo boues pascebat, furto abegit: neue id deprehẽdi per vestigia posset, calceos earũ pedibus induit, quarum partẽ Pylũ abduxit, ac reliquas intra spelæum abscondit: ex ijs autẽ, cum iam duas immolasset, earum coria scopulis defixit, at viscerũ partim elixa, partim tosta esitauit. Inde in Cyllenem festinãter proficiscitur. pro antri ostio cõsumpta iam carne testudinẽ depascentẽ inuenit, qua perpurgata, & abstersa super eiꝰ testa neruos ex mactatorum boum intestino confectos tetendit, & lyrã conficit. Sic itaq; Mercuriꝰ carnes torrere, lyrãq;, ac plectrũ primus inuenit. Mox Apollo bubus ꝑquirẽdis operã nauat, & Pylũ recta concedit, vbi ciues ab eo diligẽter examinati eas abigẽtẽ puerũ vidisse respõderunt: se verò haudquaquam posse dicere, quonã ꝑductæ forẽt, quãdo earũ quidẽ vestigia deprehẽdi nõpoterãt. Demũ, vbi Apollo ex vaticinãdi peritia abigeũ cõperit, ad Maiã in Cyllenẽ ꝓpera-

νεται, καὶ τὸν Ἑρμῆν ᾐτιᾶτο. ἡ δὲ, ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν τοῖς σπαργάνοις. Ἀπόλλων δὲ αὐτὸν πρὸς Δία κομίσας, τὰς βόας ἀπῄτει. Διὸς δὲ κελεύοντος ἀποδοῦναι, ἠρνεῖτο. μὴ πείθων δὲ, ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα εἰς Πύλον, καὶ τὰς βόας ἀποδίδωσιν. ἀκούσας δὲ τῆς λύρας ὁ Ἀπόλλων, [αἰτήσας ταύτην, ἔλαβεν Ἑρμοῦ ἐκείνην διδόντος. ὁ Ἀπόλλων] ἀντιδίδωσι τὰς βόας. Ἑρμῆς δὲ ταύτας νέμων, σύριγγα πάλιν πηξάμενος ἐσύριζεν. Ἀπόλλων δὲ καὶ ταύτην βουλόμενος λαβεῖν τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου, ἣν ἐκέκτητο βουκολῶν. ὁ δὲ καὶ ταύτην λαβεῖν ἀντὶ τῆς σύριγγος ἤθελεν, καὶ τὴν μαντικὴν ἐπελθεῖν. καὶ δοὺς διδάσκεται τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. Ζεὺς δὲ αὐτὸν κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ θεῶν ὑποχθονίων τίθησι. Ταϋγέτη δὲ ἐκ Διὸς, Λακεδαίμονα· ἀφ' οὗ καὶ Λακεδαίμων ἡ χώρα καλεῖται· [καὶ] Λακεδαίμονος δὲ καὶ Σπάρτης τῆς ΕΥρώτα, ὃς ἦν ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος, καὶ νύμφης Νηΐδος Κλεοχαρείας Ἀμύκλας καὶ ΕΥρυδίκη, ἣν ἔγημεν Ἀκρίσιος. Ἀμύκλα δὲ καὶ Διομήδης τῆς Λαπίθου Κυνόρτης,

uit, apud quã Mercuriũ furti accusat. Ea verò puerum ipsũ fascijs inuolutũ ostendit. Hũc Apollo manibꝰ sublatum ad Iouẽ tulit, at boues reposcit. Is, tametsi Iouis imperio reddere iuberetur, inficiari tamẽ non desinebat. qui, quòd ille minime persuadet, Apollinẽ Pylũ perducit, ac boues restituit. Apollo auditã lyram, à Mercurio petit: eam Mercurius tradit. Apollo verò accepta lyra tradit boues: quas cũ Mercurius pasceret, fistulã etiã cõpegit, & cõpactam inflauit, ꝓ qua quod eiꝰ habẽdę miro desiderio Apollo tenebatur, aureã virgã dare nõ verebatur, quã, cũ Apollo boues pasceret, habebat. quòd eam Mercurius , & ꝓ fistula habere , & vaticinãdi artẽ cõsequi cupiebat. Qua tradita, & ꝑ calculos etiã vaticinari docetur. Adhęc Iupiter ipsum sui ipsius, Deorũq; Maniũ nũtiũ fecit. Iupiter insuper ex Taygete Lacedęmonẽ filiũ ꝓcreauit, à quo etiã Lacedęmonis regio nomen est cõsecuta. Sed ex Lacedęmone, ac Sparte filia EVrotę, q fuit Delegis indigetis filiꝰ & Cleocharę Naidis nymphę Amyclas, & EVrydice, quã Acrisiꝰ vxorẽ habuit. Amyclę autẽ, & Diomedes Lapithæ filia, Cynortes,

καὶ Ὑάκινθος, τοῦτον εἶναι τοῦ Ἀπόλλωνος ἐρώμενον λέγουσιν· ὃν δίσκῳ βαλὼν, ἄκων ἀπέκτεινε. Κυνόρτου δὲ [παῖς] Περιήρης, ὃς γαμεῖ Γοργοφόνην τὴν Περσέως, καθάπερ Στησίχορός φησι· καὶ τίκτει Τυνδάρεων, Ἰκάριον, Ἀφαρέα, Λεύκιππον. Ἀφαρέως μὲν οὖν καὶ Ἀρήνης τῆς Οἰβάλου, Λυγκεύς τε καὶ Ἴδας, καὶ Πεῖσος. κατὰ πολλοὺς δέ. Ἴδας ἐκ Ποσειδῶνος λέγεται. ὀξυδερκίᾳ δὲ Λυγκεὺς ἤνεγκεν, ὡς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν θεωρεῖν. Λευκίππου δὲ καὶ Φιλοδίκης τῆς Ἰνάχου, θυγατέρες ἐγένοντο, Ἱλάειρα καὶ Φοίβη. ταύτας ἁρπάσαντες, ἔγημαν Διόσκουροι. πρὸς δὲ ταύταις, Ἀρσινόην ἐγέννησε. ταύτῃ μίγνυται Ἀπόλλων. ἡ δὲ, Ἀσκληπιὸν γεννᾷ. τινὲς δὲ Ἀσκληπιὸν, οὐκ ἐξ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου λέγουσιν, ἀλλ' ἐκ Κορωνίδος τῆς Φλεγύου ἐν Θεσσαλίᾳ. καί φασιν ἐρασθῆναι ταύτης Ἀπόλλων τὴν δὲ καὶ εὐθέως συνελθεῖν. τὴν δὲ, παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην ἑλομένην, Ἴσχυϊ τῷ Ἐλάτου υἱῷ συνοικεῖν. Ἀπόλλων δὲ τὸν μὲν ἀπαγγείλαντα κόρακα καταρᾶται·

& Hyacinthus filij fuere. Hyacynthum ab Apolline ardenter amatum fatentur, quem diſco percuſſum fortuito interfecit. Sed & Cynortę filius fuit Perieres, cui Gorgophone Perſei filia nupſit, vt narrat Steſichorus, ex eâq; Tyndareum, Icariũ, Aphareum, ac Leucippum, ſuſcepit. Ex Aphareo & Arene OEbali filia Lynceus, Idas & Piſus nati ſunt. Verum multorum teſtimonio Idã è Neptuno genitũ eſſe comprobatur. Atqui tanta Lynceus oculorum claritate præcelluit, vt ſub terra latẽtia quæque peruidiſſe dicatur. Leucippi verò ex Philodice Inachi filia natæ fuere Ilaira & Phœbe. Haſce Dioſcori, id eſt Iouis filij, Caſtor & Pollux ab ſe raptas vxores duxerunt: poſt has etiã Arſinoen genuit. Hæc ab Apolline impleta Æſculapiũ peperit. At quidam non Arſinoes Leucippi filiæ, ſed Coronidis Phlegyæ in Theſſalia natum Æſculapiũ ferũt: cũ qua ſimulac eã deperiſſet Apollo, ſtatim cõcubuiſſe proditur. Eam quoque præter patris ſententiam nubentem, Iſchyi Elati filio coniunctam fuiſſe aiunt. Apollo autem delatorem coruum immodicis maledictis execratur:

ὃς τέως λευκὸν ὄντα, ἐποίησε μέλανα· αὐτὴν δὲ [ἐγκύουσαν] ἀπέκτεινε. καιομένης δὲ αὐτῆς ἁρπάσας τὸ βρέφος ἐκ τῆς πυρᾶς, πρὸς Χείρωνα τὸν κένταυρον ἤνεγκε· παρ' ᾧ καὶ τὴν ἰατρικὴν καὶ τὴν κυνηγετικὴν τρεφόμενος ἐδιδάχθη. καὶ γενόμενος χειρουργικὸς, καὶ τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολὺ, οὐ μόνον ἐκώλυέ τινας ἀποθνήσκειν, ἀλλ' ἀνήγειρε καὶ τοὺς ἀποθανόντας. παρὰ γὰρ Ἀθηνᾶς λαβὼν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνης ῥυὲν αἷμα, τὸ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν ῥυὲν, πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο· τὸ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν. καὶ διὰ τούτου τοὺς τεθνηκότας ἀνήγειρεν. εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ Καπανέα καὶ Λυκοῦργον· ὡς δὲ Στησίχορός φησιν, Ἐριφύλην· Ἱππόλυτον, ὡς ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας λέγει· Τυνδάρεων, ὥς φησι Πανύασις· Ὑμέναιον, ὡς οἱ Ὀρφικοὶ λέγουσι· Γλαῦκον τὸν Μίνωος, ὡς Μνησαγόρας λέγει. Ζεὺς δὲ φοβηθεὶς μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν, παρ' αὐτοῦ βοηθῶσιν ἀλλήλοις, ἐκεραύνωσεν αὐτόν. καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς Ἀπόλ-

&,qui ad eum vſq; diem cādidus fuerat, in nigrum cōmutauit, & Coronidem grauidam percuſſit, & necauit. Ex qua, cum conflagraret, abreptum infantem è pyra ad Chironem Centaurum alendum tulit: à quo etiam medicinam & venandi artē perdidicit. Qui cum iā chirurgicus euaſiſſet, atq; artē eiuſmodi iampridē exercuiſſet, non modò quoſdam ab interitu liberauit, ſed etiam præmortuos in vitā reuocauit. Nam, cum à Pallade effuſum de Gorgones venis cruorē accepiſſet, qui è læuis defluxiſſet in mortaliū perniciem, ꝙ autem è dextris in conſeruandis hominibus vtebatur: atq; huiuſce opem in mortuis ſuſcitādis adhibebat. Sed inueni quidē nonnullos, qui ab eo reuocati in vitam dicuntur, Capaneum ac Lycurgum. Vt autē Steſichorus ait, Eriphylen: & Hippolytum, qui Naupactica cōſcripſit: Tyndareum, vt Panyaſis: Hymenæum, vt Orphici: Glaucum Minois filiū, vt Mneſagoras ait. Demum Iupiter veritus, ne, ſi mortales hanc medendi rationem adipiſcantur, ſuis ſe viribus viciſſim adiuuerint, fulmine ipſum interfecit. Quamobrem iratus Apollo

λων, κτείνει Κύκλωπας, τοὺς τὸν κεραυνὸν Διὶ κατασκευάσαντας. Ζεὺς δὲ ἐμέλλησε ῥίπτειν αὐτὸν εἰς τάρταρον· δεηθείσης δὲ Λητοῦς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι. ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον τὸν Φέρητος, τούτῳ λατρεύων ἐποίμαινε· καὶ τὰς θηλείας βόας [πάσας] διδυματόκους ἐποίησεν. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου· Κυνόρτου δὲ, Περιήρην· τοῦ δὲ, Οἴβαλον· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα. Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες Δορυκλεὺς, Σκαῖος, * Ἐναρσφόρος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστὴς, Ἀλκῖνος, Ἄλκων. τούτους Ἱπποκόων ἔχων παῖδας, Ἰκαρίωνα καὶ Τυνδάρεων ἐξέβαλεν Λακεδαίμονος. οἱ δὲ φυγόντες πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχοῦσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πόλεμον ἔχοντι. καὶ γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου [τοῦ Αἰτωλοῦ] θυγατέρα Λήδαν.

Cyclopas, quòd Ioui fulmina comparassent, occidit. Quem cum Iupiter in Tartarum iam iam deiecturus esset, Latonæ precibus exoratus annum totum vt ipse viro mercede conductus seruiret, imperauit. Is autem Pheras ad Admetum Pheretis filium se contulit, apud quem seruitutem seruiens armenta pascebat: ac boues dominicas gemelliparas omneis effecit. Sunt qui, & Aphareum quidem & Leucippum ex Periere Æoli filio natum esse dicant. Cynortæ autem Perierem filium fuisse, & huiusce OEbalum. Sed OEbali & Bateæ Naidis nymphæ Tyndareum, Hippocoontem, & Icarionem. At Hippocoontis filij fuere Dorycleus, Scæus, * Emarsphorus, EVtyches, Bucolus, Lycon * Tebrus, Hippothous, EVrytus, Hippocorystes, Alcinus, Alcon. His permunitus filijs Hippocoon, Icarionem ac Tyndareum Lacædemone eiecit. Hi vero ad Thestium eiecti confugerunt: Eique aduersus finitimos bellum gerenti opem tulerunt: dein Tyndareus Thestij Ætoli filiam Ledam cepit vxorem. Rursus

αὖθις δὲ ὅτε Ἡρακλῆς Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας ἀπέκτεινε, κατέρχονται· καὶ παραλαμβάνει Τυνδάρεως τὴν βασιλείαν. Ἰκαρίου μὲν οὖν καὶ Περιβοίας νύμφης Νηΐδος [υἱοὶ ἄρρενες πέντε,] Θόας, Δαμάσιππος, Ἰμεύσιμος, Ἀλήτης, Περίλεως· καὶ θυγάτηρ Πηνελόπη, ἣν ἔγημεν Ὀδυσσεύς. Τυνδάρεω καὶ Λήδας, Τιμάνδρα, ἣν Ἔχεμος ἔγημε· καὶ Κλυταιμνήστρα ἣν ἔγημεν Ἀγαμέμνων· ἔτι τε Φιλονόη ἣν Ἄρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. Διὸς δὲ Λήδα συνελθόντος, ὁμοιωθέντος κύκνῳ, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα Τυνδάρεως, ἐκ Διὸς μὲν ἐγεννήθη Πολυδεύκης καὶ Ἑλένη· Τυνδάρεω δὲ Κάστωρ. λέγουσι δὲ ἔνιοι Νεμέσεως Ἑλένην εἶναι καὶ Διός. ταύτην γὰρ τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, εἰς χῆνα τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν· ὁμοιωθέντα δὲ καὶ Δία τῷ κύκνῳ, συνελθεῖν· τὸ δὲ ᾠὸν ἐκ τῆς συνουσίας ἀποτεκεῖν. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἄλσεσιν εὑρόντα τινὰ ποιμένα, Λήδα κομίσοντα δοῦναι. τήνδε, καταθεμένην εἰς λάρνακα φυλάσσειν, καὶ χρόνῳ καθήκοντι γεννηθεῖσαν Ἑλένην,

autē quo tempore Hercules Hippocoontē cum liberis suis interemit in patriam redeuntes: ac Tyndareus regnum accipit. Nati verò ex Icario & Peribœa Naide nympha, mares filij quinque, Thoas, Damasippus, Imeusimus, Aletes, Perilaus: & filia Penelope, quæ Vlyssi nupsit: Tyndarei autem ac Ledæ filij Timandra, quam Echemus in coniugium duxit: Clytæmnestra, quam Agamemnon vxorem habuit: item Philonoe, quam Diana immortalem esse fecit. Adhæc Iupiter, qua nocte cum Leda in cygnum versus concubuit: eadem quoque Tyndareus illam impleuit: déque Ioue Pollux & Helena: de Tyndareo autem Castor, procreati sunt. Inuenio etiam autores, qui Helenam Nemesis & Iouis filiam fuisse dicant. Nam, cum ea Iouis concubitum fugeret, in anserem mutatam fuisse. Iouem autem in cygnum versum coijsse memoratur: Nemesin verò ouum ex eo cōcubitu peperisse. Idq; etiā in nemore opilionē quēdā inuenisse, & allatum Ledæ dedisse. Hanc autem conditum in arca reposuisse, & suo demum tempore ortam fuisse Helenam: eam-

ὡς ἐξ αὐτῆς θυγατέρα τρέφειν. γενομένην δὲ αὐτὴν κάλλει διαφερετῆ Θησεὺς ἁρπάσας, εἰς Ἀθήνας ἐκόμισε. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ εἰς Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν Ἅδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἑλένην λαμβάνουσι· καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον. παρεγίνοντο δὲ εἰς Σπάρτην ἐπὶ τὸν Ἑλένης γάμον οἱ βασιλεύοντες Ἑλλάδος. ἦσαν δὲ οἱ μνηστευόμενοι οἵδε, Ὀδυσσεὺς Λαέρτου, Διομήδης Τυδέως, Ἀντίλοχος Νέστορος, Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου, Σθένελος Καπανέως, Ἀμφίλοχος Κτεάτου, Θάλπιος Εὐρύτου, Μέγης Φυλέως, Ἀμφίλοχος Ἀμφιαράου, Μενεσθεὺς Πετεῶ, Σχέδιος Ἐπιστρόφου, Πολύξενος Ἀγασθένους, Πηνέλεως Ἀνίτου, Αἴας Ὀϊλέως, Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος Ἄρεος, Ἐλεφήνωρ Χαλκώδοντος, Εὔμηλος Ἀδμήτου, Πολυποίτης Πειρίθου, Λεοντεὺς Κορώνου, Ποδαλείριος καὶ Μαχάων Ἀσκληπιοῦ, Φιλοκτήτης Ποίαντος, Εὐρύπυλος Εὐαίμονος, Πρωτεσίλαος Ἰφίκλου, Μενέλαος Ἀτρέως, Αἴας καὶ Τεῦκρος Τελαμῶνος, Πάτροκλος Μενοιτίου.

que perinde, ac de se fuisset nata, educasse. Quæ cũ formæ præstantia polleret, eam Theseus rapuit, & Athenas abduxit. Deinde Pollux & Castor comparato in Athenienses exercitu, cum ad Plutonis esset Theseus, vrbem capiunt; atque Helenam recuperant: necnon AEthram Thesei matrem captiuam abducunt. Iam tum quoque hi Græciæ reges Helenam vxorem pro se quisque petituri Spartam aduenerunt. Procantium verò nomina hæc fuisse leguntur. Vlysses Laertæ, Diomedes Tydei, Antilochus Nestoris, Agapenor Ancæi, Sthenelus Capanei, Amphilochus Cteati, Thalpius EVryti: Meges Phylei: Amphilochus Amphiarai, Mnestheus Petei, Schedius Epistrophi, Polyxenus Agasthenis, Peneleus Leiti, Aiax Oilei, Ascalaphus & Ialmenus Martis, Elephenor Chalcodontis, EVmelus Admeti, Polypoetes Pirithoi, Leonteus Coroni, Podalirius & Machaon Æsculapij, Philoctetes Pœantis, EVrypylus Euæmonis, Protesilaus Iphicli, Menelaus Atrei, Aiax & Teucer Telamonis, Patroclus Menœtij.

τούτων ὁρῶν τὸ πλῆθος Τυνδάρεως, ἐδεδοίκει μὴ κριθέντος ἑνὸς, στασιάσωσιν οἱ λοιποί. ὑποσχομένου δὲ Ὀδυσσέως, ἐὰν συλλάβηται πρὸς τὸν Πηνελόπης αὐτῷ γάμον, ὑποθέσθαι τρόπον τινὰ, δι' οὗ μηδεμία γενήσεται στάσις· ὡς ὑπέσχετο αὐτῷ συλλήψεσθαι ὁ Τυνδάρεως, πάντας εἶπεν ἐξορκίσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν, ἐὰν ὁ προκριθεὶς νυμφίος ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀδικῆται περὶ τὸν γάμον. ἀκούσας δὲ τοῦτο Τυνδάρεως, τοὺς μνηστῆρας ἐξορκίζει. καὶ Μενέλαον μὲν αὐτὸς αἱρεῖται νυμφίον. Ὀδυσσεῖ δὲ παρὰ Ἰκαρίου μνηστεύεται Πηνελόπην. Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε, καὶ κατά τινας Νικόστρατον· ἐκ Δούλης Πιερίδος γένος Αἰτωλίδος, ἢ, καθάπερ Ἀκουσίλαος φησὶ, Τηριδάης, Μεγαπένθη· ἐκ Κνωσίας δὲ νύμφης, κατὰ Εὔμηλον, Ξενόδαμον. τῶν δὲ ἐκ Λήδας γενομένων παίδων, Κάστωρ μὲν ἤσκει τὰ κατὰ πόλεμον· Πολυδεύκης δὲ πυγμήν· καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐκλήθησαν ἀμφότεροι Διόσκουροι.

Horũ turbã cõspicatꝰ Tyndareus, ne, si ex tot cõpetitoribus, vni Helena in coniugiũ addiceretur, reliqui seditionẽ ac tumultũ excitarẽt, pertimescebat. Quocirca Vlysses, quoties, inquit illi, ad Penelopes nuptias adipiscẽdas mihi adiumẽto fore te pollicearis, talẽ ego cum animo meo rationẽ inibo, vt per eam nulla omnino fit inter procos oritura discordia. Tũ vero Tyndareus, vbi ipsi laturum se opem promisit, vniuersos; inquit Vlysses, procos iusiurandi religione obstringito, vt, cũ filiæ tuæ Helenę de nostri cœtu quẽpiã spõsum delegeris, illi à nobis adiumẽtũ latũ iri aduersus eos qui in spõsũ maritúm ve, ac matrimonium eiusmodi vim facere conẽtur. Quod vbi Tyndareꝰ audiuit, procos ad Vlyssis consiliũ perficiẽdũ vniuersos ꝑ eã iusiurandi religionẽ cõpellit: ac Menelaũ quidẽ filię suę spõsum declarat, atq; etiã ab Icario Vlyssi Penelopen in coniugiũ perposcit. Menelaus itaque ex Helena Hermionẽ genuit, &, vt, qui dã aiunt Nicostratũ ex Dule Pieride ab Ætolia oriũda: siue, vt Acusilaus ait, è Teridae Megapẽthẽ: sed ex Nympha Gnosia, EVmelo auctore, Xenodamũ ꝓcreauit. Cęterũ è Leda natis Castor planè rẽ militarẽ exercuit. Pollux autẽ cęsticũ pugnãdi genꝰ sectatꝰ est. Atq; ambo ob fortitudinẽ Dioscuri quasi Iouis ꝓles, cognomẽto dicti sunt.

Qui

βουλόμενοι δὲ γῆμαι τὰς Λευκίππου θυγατέρας, ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες ἔγημαν. καὶ γίνεται μὲν Πολυδεύκους καὶ Φοίβης, Μνησίλεως· Κάστορος δὲ καὶ Ἱλαείρας, Ἀνώγων. ἐλάσαντες δὲ ἐκ τῆς Ἀρκαδίας βουλείαν μετὰ τῶν Ἀφαρέως παίδων Ἴδα καὶ Λυγκέως, ἐπιτρέπουσιν Ἴδᾳ διελεῖν. ὁ δὲ, τεμὼν βοῦν εἰς μέρη τέσσαρα, τοῦ πρώτου καταφαγόντος εἶπε τῆς λείας τὸ ἥμισυ ἔσεσθαι, καὶ τοῦ δευτέρου τὸ λοιπόν. καὶ φθάσας κατηνάλωσε τὸ μέρος τὸ ἴδιον πρῶτον Ἴδας, καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ μετ' ἐκείνου τὴν λείαν εἰς Μεσσήνην ἤλασε. στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην οἱ Διόσκουροι, τὴν λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι. καὶ τὸν Ἴδαν [ὑπὸ δρυῒ] ἐλόχων, καὶ τὸν Λυγκέα. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα, ἐμήνυσεν Ἴδᾳ· κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Πολυδεύκης δὲ ἐδίωξεν αὐτούς· καὶ τὸν μὲν Λυγκέα κτείνει τὸ δόρυ προέμενος· τὸν δὲ Ἴδαν διώκων, βληθεὶς ὑπ' ἐκείνου πέτρᾳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, πίπτει σκοτωθείς. καὶ Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ, Πολυδεύκην δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει.

Qui cum Leucippi filias in matrimonium habere cuperent, è Messene raptas vxores ambo sunt consecuti. Dein ex Polluce ac Phoebe Mnesileus: at è Castore & Ilaira Anogon, nati sunt. Qui cum, socijs Ida Lynceóque, Apharei filijs, ab Arcadia boum prædam abegissent, Idæ arbitrio diuidendã permisere. Tũ ille bouẽ in partes quatuor partitus, Qui prior, inquit, deuorarit, huic prædę dimidium cessura est: posteriori, reliquum: quo dicto Idas anteuertens, priuatam prius, & fratris deinceps partem absumpsit: atque cum eo prædã omnem Messenem auertit. Quare Dioscuri cõductis militum copijs cõtra Messenam, cum illam, tum etiam multam aliam prædam simul abducunt, sub quercu per insidias Idam Lynceúmque intercipere conabantur. Verum Lynceus viso Castore Idæ fratri significauit. atque eum ille necauit. At Pollux ipsos insecutus, Lynceum, telum iaculatus occidit. Inde Idam insequens, lapide secundum caput ab eo percussus, oborta oculorum caligine cõcidit. Tum Iupiter Idam fulminat, Pollucémque in cœlum agit.

μὴ δεχομένου δὲ Πολυδεύκους τὴν ἀθανασίαν, ὄντος νεκροῦ Κάστορος, Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν, καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς, ἔδωκε. μεταστάντων δὲ εἰς θεοὺς τῶν Διοσκούρων, Τυνδάρεως μεταπεμψάμενος Μενέλαον εἰς Σπάρτην, τούτῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκεν. Ἠλέκτρας δὲ τῆς Ἄτλαντος καὶ Διὸς, Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. Ἰασίων μὲν οὖν ἐρασθεὶς Δήμητρος, καὶ θέλων καταισχῦναι τὴν θεὸν, κεραυνοῦται. Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθράκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντιπέρα ἤπειρον ἦλθε. ταύτης δὲ ἐβασίλευε Τεῦκρος ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ νύμφης Ἰδαίας· ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο. ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν. τελευτήσαντος δὲ Τεύκρου, τὴν χώραν ἅπασαν Δαρδανίαν ἐκάλεσε. γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἴλου καὶ Ἐριχθονίου, Ἶλος μὲν οὖν ἄπαις ἀπέθανεν· Ἐριχθόνιος δὲ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν,

Pollux verò immortalitatē renuit Caſtore mortuo. At Iupiter ambobus, alternis diebus, inter Deos, ac mortuos eſſe conceſſit. Relatis ad ſuperos Dioſcuris, Tyndareus accerſito Spartē Menelao regnum tradidit. Ex Electra autem Atlantis filia, & Ioue, Iaſion Dardanúſque gignūtur, è quibus Iaſion Cererem deperiuit, eíque vim inferre volens, fulmine ictus occubuit. At Dardanus fratris interitu mœſtus, Samothrace relicta in obiectam continentem tranauit, vbi Teucer Scamandri fluminis Idææque nymphæ filius regnabat: ab eo etiam qui regionem illam incolebant, Teucri vocabantur. Hic itaque ab rege acceptus hoſpitio, atque in regni partem admiſſus, Bateam eius filiam ſibi in coniugium duxit, ac Dardanum vrbē condidit. At poſtquam ex humanis Teucer exceſſit, vniuerſam prouinciam Dardaniam appellauit: filios habuit duos, Ilum & Erichthonium, è quibus Ilus nullis ſuſceptis liberis extinctus eſt. Hinc Erichthonius regni heres,

γήμας Ἀστυόχην τὴν Σιμόεντος, τεκνοῖ Τρῶα. οὗτος παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, τὴν μὲν χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ Τροίαν ἐκάλεσε. καὶ γήμας Καλιῤῥόην τὴν Σκαμάνδρου, γεννᾷ θυγατέρα μὲν Κλεοπάτραν· παῖδας δὲ, Ἶλον καὶ Ἀσσάρακον καὶ Γανυμήδην. τοῦτον μὲν οὖν διὰ κάλλος ἀναρπάσας Ζεὺς δι' ἀετοῦ, θεῶν οἰνοχόον ἐν οὐρανῷ κατέστησεν. Ἀσσαράκου δὲ, καὶ * Ἱερομνήμης τῆς Σιμόεντος, Κάπυς· τοῦ δὲ, καὶ Θέμιδος τοῦ Ἴλου, Ἀγχίσης· ᾧ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, Ἀφροδίτη συνελθοῦσα, Αἰνείαν ἐγέννησε, καὶ * Λύρον· ὃς ἄπαις ἀπέθανε. Ἶλος δὲ εἰς Φρυγίαν ἀφικόμενος, καὶ καταλαβὼν ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτόθι τεθειμένον ἀγῶνα, νικᾷ πάλην· καὶ λαβὼν ἆθλον πεντήκοντα κούρους καὶ κόρας τὰς ἴσας, δόντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως κατὰ χρησμὸν καὶ βοῦν ποικίλην· καὶ φράσαντος ἐν ᾧπερ ἂν αὐτὴ κλιθῇ τόπῳ, πόλιν κτίζειν, εἵπετο τῇ βοΐ. ἡ δὲ ἀφικομένη ἐπὶ τὸν λεγόμενον τῆς Φρυγίας Ἄτης λόφον, κλίνεται. ἔνθα πόλιν κτίσας Ἶλος, ταύτην μὲν Ἴλιον ἐκάλεσε.

ductáq; Astyoche Simoentis filia, Troem creat. Hic deinde regnum adeptus, regionem à seipso Troiam nuncupauit: & Callirrhoë Scamandri filiam sibi collocauit, ex qua Cleopatram filiam sustulit. Mares autem Ilum, & Assaracum, & Ganymedem. Hunc autem ob corporis formã raptum per aquilam Iupiter Deorum pincernam in cœlo constituit. Assaracus verò ex *Hieromneme Simoentis filia Capyn procreat. Huiusce, ac Themidis Ili filiæ Anchises filius fuit. Cum quo Venus ipsius amore flagrans cõgressa, Æneam genuit, ac *Lyrum, qui sine liberis decessit. Ilus cùm in Phrygiam peruenisset, atq; inibi ab rege propositum certamen nactus esset, palæstra vicit: dedítque illi rex præmij loco pueros quinquaginta, & totidẽ puellas. Adhæc ex oraculi sententia discolorem bouem adiecit; monuítq;, vt vbi ea procubuerit, vrbem conderet. Hic bouem ipsam insequitur. Ea verò, simulatque ad Ates, quasi dicas Noxæ Phrygiæ, tumulum peruenit, humi procumbit: quo in loco Ilus vrbem ab se conditam, Ilium nominauit.

τῷ δὲ Διὶ σημεῖον εὐξάμενος αὐτῷ τι φανῆναι, μεθ' ἡμέραν τὸ διϊπετὲς Παλλάδιον πρὸ τῆς σκηνῆς κείμενον ἐθεάσατο. ἦν δὲ τῷ μεγέθει τρίπηχυ. τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκός, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ δόρυ διηρμένον ἔχον· τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον. ἱστορία [δὲ ἡ] περὶ τοῦ Παλλαδίου τοιάδε φέρεται. φασὶ γεννηθεῖσαν τὴν Ἀθηνᾶν, παρὰ Τρίτωνι τρέφεσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς· ἀμφοτέρας δὲ ἀσκούσας τὰ κατὰ πόλεμον, εἰς φιλονεικίαν ποτὲ προελθεῖν. μελλούσης δὲ πλήττειν τῆς Παλλάδος, τὸν Δία φοβηθέντα, τὴν Αἰγίδα περιθῆναι. τὴν δὲ, εὐλαβηθεῖσαν ἀναβλέψαι πρὸς τὴν Αἰγίδα, καὶ οὕτως ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τρωθεῖσαν πεσεῖν. Ἀθηνᾶν δὲ περίλυπον ἐπ' αὐτῇ γενομένην, ξόανον ἐκείνης ὅμοιον κατασκευάσασαν, καὶ περιθεῖναι τοῖς στέρνοις ἣν ἔδεισεν Αἰγίδα· καὶ τιμᾶν ἱδρυσαμένην παρὰ τῷ Διί. ὕστερον δὲ Ἠλέκτρας κατὰ τὴν φθορὰν τούτῳ προσφυγούσης, διαρρῖψαι μετ' αὐτῆς καὶ τὸ Παλλάδιον εἰς τὴν Ἰλιάδα χώραν.

Poſtea Iouem precatur, vt ſignum ſibi aliquod oſtenderet, poſtridie verò, vbi illuxit, ab Ioue demiſſum Palladium ante tabernaculum conſpexit: id erat magnitudine trium cubitum: ac pedibus ita compoſitis, vt ambulare videretur: dextráque elatam haſtam, ac læua colum fuſúmque gerebat. Huiuſmodi de Palladio narratur hiſtoria. Aiunt natam Mineruam, apud Tritonem, cui filia Pallas erat, educari cœpiſſe. vtraſq; autem fuiſſe rei bellicæ ſtudioſas: & in contentionem aliquando deueniſſe: Palladi iam iam vulnus illaturæ [Mineruæ] Iouem pauefactum Ægidem oppoſuiſſe: Palladem verò territam reſpexiſſe: atque ita à Minerua vulneratam concidiſſe. At Mineruam eius de cauſa ſummo dolore affectam, ſimulacrum illi ſimile confeciſſe, ac thoraci, pectorique eius, quam pertimuerat Ægidem, accommodaſſe, & apud Iouem, honoris ergô conſtituiſſe. Deinceps autem Electram, per anni peſtilentiſſimi contagionem ad hoc confugiſſe, ac ſecum id Palladium in terra Iliaca expoſuiſſe.

Ἶλον δὲ τούτου ναὸν κατασκευάσαντα τιμᾶν. καὶ περὶ μὲν τοῦ Παλλαδίου ταῦτα λέγεται. Ἶλος δὲ γήμας Εὐρυδίκην τὴν Ἀδράστου, Λαομέδοντα ἐγέννησεν· ὃς γαμεῖ Στρυμὼ τὴν Σκαμάνδρου. κατὰ δέ τινας Πλακίαν τὴν Ἀτρέως· κατ' ἐνίους δὲ Λευκίππου. καὶ τεκνοῖ παῖδας μὲν Τιθωνόν, Λάμπωνα, Κλύτιον, Ἱκετάονα, Ποδάρκην· θυγατέρας δέ, Ἡσιόνην καὶ Κίλλαν, καὶ Ἀστυόχην. ἐκ δὲ νύμφης Καλύβης Βουκολίωνα. Τιθωνὸν μὲν οὖν Ἠὼς ἁρπάσασα δι' ἔρωτα, εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει· κἀκεῖ συνελθοῦσα γεννᾷ παῖδας Ἠμαθίωνα καὶ Μέμνονα. μετὰ δὲ τὸ αἱρεθῆναι Ἴλιον ὑπὸ Ἡρακλέους, ὡς μικρὸν πρόσθεν ἡμῖν λέλεκται, ἐβασίλευσε Ποδάρκης ὁ κληθεὶς Πρίαμος· καὶ γαμεῖ πρώτην Ἀρίσβην τὴν Μέροπος· ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς Αἴσακος γίνεται. ὃς ἔγημεν Ἀστερόπην τὴν Κεβρῆνος θυγατέρα, ἣν πενθῶν ἀποθανοῦσαν ἀπωρνεώθη. Πρίαμος δὲ Ἀρίσβην ἐκδοὺς Ὑρτάκῳ, δευτέραν ἔγημεν Ἑκάβην τὴν Δύμαντος,

Ilum postea in huiusce memoriam tẽplum ab se conditum summopere coluisse. Hæc hactenus de Palladio. Cæterùm Ilus EVrydicem Adrasti filiam vxorem cepit, ex qua Laomedo ntem genuit, cui Strymo Scamandri filia nupta fuit. Sed, & quorundam testimonio, Placiam Atrei ab illo ductam fuisse legitur. Nec desunt, qui Leucippi filiam habuisse in matrimonio ferant. Hic mares quidem Tithonum, Lamponem, Clytium, Icetaonem, & Podarcem: fœminas autem Hesionem, Cillámque, Astyochen procreauit. At è Calybe nympha Bucolionẽ suscepit. Porrò Tithonum, quòd eum arderet, Aurora præreptum in Æthiopiam abducit: ibíq; cum eo congressa, Emathionẽ ac Memnonẽ gignit. Post, vbi Troia ab Hercule, quo de paullo antè diximus, capta fuit: Podarces cognomẽto Priamus, regnum tenuit: ac primam coniugẽ Meropis filiã nomine Arisbam sibi coniugauit, ex qua Æsacũ filiũ creat: cui Asterope Cebrenis amnis filia nupsit. quam cum mortuam nimio luctu defleret, in mergum auem mutatus est. Mox Priamus Arisba collocata in matrimonium apud Hyrtacum, Hecubam secundã vxorẽ Dymantis,

ἢ ὥς τινες φασὶ Κισσέως. ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσιν, Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης. γεννᾶται δὲ αὐτῇ πρῶτος μὲν Ἕκτωρ· δευτέρου δὲ γεννᾶσθαι μέλλοντος βρέφους, ἔδοξεν Ἑκάβη καθ' ὕπαρ δαλὸν τεκεῖν διάπυρον. τοῦτον δὲ πᾶσαν ἐπινέμεσθαι τὴν πόλιν, καὶ καίειν. μαθὼν δὲ Πρίαμος παρ' Ἑκάβης τὸν ὄνειρον, Αἴσακον τὸν υἱὸν μετεπέμψατο· ἦν γὰρ ὀνειροκρίτης παρὰ τοῦ μητροπάτορος Μέροπος διδαχθείς· οὗτος εἰπὼν τῆς πατρίδος γενέσθαι τὸν παῖδα ἀπώλειαν, ἐκθεῖναι τὸ βρέφος ἐκέλευσε. Πρίαμος δὲ ὡς ἐγεννήθη τὸ βρέφος, δίδωσιν ἐκθεῖναι οἰκέτῃ κομίσοντι εἰς Ἴδην. ὁ δὲ οἰκέτης Ἀγέλαος ὠνομάζετο [ἢ Ἀρχέλαος,] τὸ δὲ ἐκτεθὲν ὑπὸ τούτου βρέφος, πένθ' ἡμέρας ὑπὸ ἄρκτου ἐτράφη. ὁ δὲ σωζόμενον εὑρὼν, ἀναιρεῖται. καὶ κομίσας ἐπὶ τῶν χωρίων, ὡς ἴδιον παῖδα ἔτρεφεν, ὀνομάσας Πάριν. γενόμενος δὲ νεανίσκος, καὶ πολλῶν διαφέρων κάλλει τε καὶ ῥώμῃ, αὖθις Ἀλέξανδρος προσωνομάσθη λῃστὰς ἀμυνόμενος, καὶ τοῖς ποιμνίοις ἀλεξήσας,

siue, vt alijs placet, Cissei, vel, vt quidā aiunt, Sangarij fluminis, & Meropes, filiam duxit. Nascitur autem ex ea primus Hector: deinde cum secundū propediē esset paritura filiū, facē reapse ardentē Hecuba parere, eámq; omnē vrbē Ilium depascere, atq; concremare, in somnis sibi videbatur. Id vbi Priamo visum Hecuba recitauit, Æsacū filiū hic statim arcessi iubet ad se. Eū enim Merops auus maternus somnij coniectādi rationē edocuerat. re percepta, Æsacus puerū exitiū illaturū esse respōdit. Proinde infantē exponi iubet. Hinc Priamus, simulac puer in lucē prodit, familiari exponēdū tradit, asportandúmq; in Idam montē. Huic seruo, nomen Agelao, aut Archelao, fuit. infans vt ab eo expositus est, quinque dies ab vrsa nutritus est. Hic puerū nactus incolumē tollit, secū illū attulit, & quasi filium suum, indito illi Paridi nomine, educauit. Qui cum iam grādiusculus euasisset, & plerisq;, & corporis forma, & robore anteiret, & quòd prædonum vim, incursúsque repelleret, & ouilibus custodiēdis adiumēto foret, Alexādri cognomentum promeritus est. Neque

ὕστερον δὲ βοηθήσας. καὶ μετ' οὐ πολὺ τοὺς γονέας ἀνεῦρε. μετὰ τοῦτον ἐγέννησεν Ἑκάβη θυγατέρας μὲν Κρέουσαν, Λαοδίκην, Πολυξένην, Κασσάνδραν· ᾗ συνελθεῖν βουλόμενος Ἀπόλλων, τὴν μαντικὴν ὑπέσχετο διδάξειν. ἡ δὲ μαθοῦσα οὐ συνῆλθεν. ὅθεν Ἀπόλλων ἀφείλετο τῆς μαντικῆς αὐτῆς τὸ πείθειν. αὖθις δὲ παῖδας ἐγέννησε Δηΐφοβον, Ἕλενον, Πάμμονα, Πολίτην, Ἄντιφον, Ἱππόνοον, Πολύδωρον, Τρωΐλον. τοῦτον ἐξ Ἀπόλλωνος λέγεται γεγεννηκέναι. ἐκ δὲ ἄλλων γυναικῶν Πριάμῳ παῖδες γίνονται, Μελάνιππος, Γοργυθίων, Φιλαίμων, Ἱππόθοος, Γλαῦκος, Ἀγάθων, Χερσιδάμας, Εὐαγόρας, Ἱπποδάμας, Μήστωρ, Ἄτας, Δόρυκλος, Λυκάων, Δρύωψ, Βίας, Χρόμιος, Ἀστύγονος, Τελέστας, Εὔανδρος, Κεβριόνης, Μήλιος, Ἀρχέμαχος, Λαοδόκος, Ἐχέφρων, Ἰδομενεύς, Ὑπερίων, Ἀσκάνιος, Δημοκόων, Ἄρρητος, Δηιόπτης, Κλόνιος, Ἐχέμων, Ὑπείροχος, Αἰγεωνεύς, Λυσίθοος, Πολυμέδων. θυγατέρες δὲ, Μέδουσα, Μηδεσικάστη, Λυσιμάχη, Ἀριστοδήμη.

multo poſt tépore inuentos parenteis agnouit. Poſt Paridem Hecuba filias peperit, Creuſam, Laodicen, Polyxenam, & Caſſandram: quam cum Apollo in ſtuprum illiceret, vaticinandi facultatem, eam ſe docturum pollicetur. Hæc autem vbi fuit edocta, ſui corporis copiam Apollini minimè fecit. Quapropter Apollo, vt illius vaticinia fide carerent, effecit. Poſt hoſce filios adhuc Hecuba gignit, Deiphobum, Helenum, Pammonen, Politen, Antiphum, Hipponoum, Polydorum, Troilum, quem ex Apollinis concubitu natum eſſe ferunt. Sed ex alijs coniugibus Priamo filij naſcuntur, Melanippus, Gorgithon, Philæmon, Hippothous, Glaucus, Agathon, Cherſidamas, Euagoras, Hippodamas, Meſtor, Atas, Doryclus, Lycaon, Dryops, Bias, Chromius, Aſtygonus, Teleſtas, Euander, Cebriones, Melius, Archemachus, Laodocus, Echephron, Idomeneus, Hyperion, Aſcanius, Democoon, Arrhetus, Deioptes, Clonius, Echemon, Hypirychus, Ægeoneus, Lyſithous, ac Polymedon. Filiæ verò, Meduſa, Medeſicaſta, Lyſimache, Ariſtodeme.

Ἕκτωρ μὲν οὖν Ἀνδρομάχην τὴν Ἠετίωνος γαμεῖ. Ἀλέξανδρος δὲ Οἰνώνην τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. αὕτη παρὰ Ῥέας τὴν μαντικὴν μαθοῦσα, προὔλεγεν Ἀλεξάνδρῳ μὴ πλεῖν ἐπὶ Ἑλένην. μὴ πείθουσα δὲ εἶπεν, ἐὰν τρωθῇ παραγενέσθαι πρὸς αὐτήν, μόνην γὰρ θεραπεῦσαι δύνασθαι. τὴν δὲ Ἑλένην ἐκ Σπάρτης ἁρπάσαι· πολεμουμένης δὲ Τροίας, τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου τόξοις Ἡρακλείοις, πρὸς Οἰνώνην ἐπανελθεῖν [εἰς] Ἴδην. ἡ δὲ μνησικακοῦσα, θεραπεύσειν οὐκ ἔφη. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν εἰς Τροίαν κομιζόμενος ἐτελεύτα· Οἰνώνη δὲ μετανοήσασα, τὰ πρὸς θεραπείαν φάρμακα ἔφερε· καὶ καταλαβοῦσα αὐτὸν νεκρὸν, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν.] ἡ γὰρ Οἰνώνη ἰατρικὴν καὶ μουσικὴν [ᾔσκει.] ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος. ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς καὶ Ποσειδῶνος· ὡς δέ τινες, Διὸς καὶ Εὐρυνόμης· ὃς Μετώπην γημάμενος· Λάδωνος δὲ τοῦ ποταμοῦ θυγάτηρ· αὕτη δύο μὲν παῖδας ἐγέννησεν, Ἰσμηνὸν καὶ Πελάγοντα,

Verùm Hector Andromachen Eetionis, & Alexander OEnonem, Cebrenis amnis filiam ducit. Hæc à Rhea vaticinandi cognitionem edocta, Alexandro, ne ad Helenam nauigaret, prædixit. At ea minimè persuadens, cum sibi vulnus illatū fuerit, ad eam venturum, dixit: quod eam ipsi mederi posse intelligebat, præterea neminem. Hic autē rapta pòst Helena è Sparte, Troiáque bello impetita, sagittis Herculeis à Philoctete sauciatus, in Idam ad OEnonē remeauit. Tum illa iniuriarū memor, Paridē curare nolle affirmat: Alexander igitur, cum in Troiam referretur, occubuit. Mox OEnone, quam detrectatæ medelæ pœnituerat, ad vulnus curandum pharmaca deferebat, siquidem OEnone medendi canendíque artem callebat. Quæ, vbi eum iam obijsse reperit, sibi laqueo vitam finiuit. Asopus verò amnis, Oceani & Tethyis filius: sed vt scribit Acusilaus, Perus & Neptuni: sed vt alij, Iouis & EVrynomes: hic ducta Metope, quam Ladonis fluuij filiam fuisse tradunt: duos filios, Ismenum ac Pelagontem,

εἴκοσι δὲ θυγατέρας· ὧν μὲν μίαν Αἴγιναν, [ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο] ἥρπασε Ζεύς. ταύτην Ἀσωπὸς ζητῶν, ἧκεν εἰς Κόρινθον, καὶ μανθάνει παρὰ Σισύφου τὸν ἡρπακότα εἶναι Δία. Ζεὺς δὲ Ἀσωπὸν μὲν κεραυνώσας διώκοντα, πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπέπεμψεν ῥεῖθρα. διὰ τοῦτο, μέχρι καὶ νῦν, ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακες φέρονται. Αἴγιναν δὲ εἰσκομίσας εἰς τὴν τότε Οἰνώνην λεγομένην νῆσον, νῦν δὲ Αἴγιναν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν, μίγνυται, καὶ γεννᾷ παῖδα ἐξ αὐτῆς Αἰακόν. τούτῳ Ζεὺς ὄντι μόνῳ ἐν τῇ νήσῳ τοὺς μύρμηκας ἀνθρώπους ἐποίησε. γαμεῖ δὲ Αἰακὸς Ἐνδηΐδα, τὴν Χείρωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο, Πηλεύς τε καὶ Τελαμών. Φερεκύδης δέ φησι Τελαμῶνα φίλον, οὐκ ἀδελφὸν Πηλέως εἶναι· ἀλλὰ * Ἀκταίου παῖδα καὶ Γλαύκης τῆς Κρηθέως. μίγνυται δὲ αὖθις Αἰακὸς, Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως, εἰς * πηγὴν ἠλλαγμένῃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνελθεῖν· καὶ τεκνοῖ παῖδα Φῶκον. ἦν δὲ εὐσεβέστατος ἁπάντων Αἰακός. διὸ καὶ τὴν Ἑλλάδα κατεχούσης ἀφορίας διὰ Πέλοπα,

& viginti feminas procreauit: quarũ vnã Æginã, cui OEnone fuit nomẽ, ab Ioue raptã Asopus quęrẽs Corinthum abijt: vbi à Sisypho raptorem fuisse Iouem cognoscit. Iupiter autem post insequentem Asopum fulminatum, rursus ad sua fluenta remisit. Quamobrem, & in hoc vsque tempus, ex huiusce fluentis carbones efferuntur: sed Æginam illatam, in insulam, quæ tunc OEnone vocabatur, nunc ab ea dictam Æginam, Iupiter comprimit, ac filium ex ea Æacum gignit. In cuius gratiam, quãdoquidem solus in insula agebat, de formicis homines facit. Adhęc Æacus Endeiden Chironis filiam cõiugẽ capit, ex qua sibi duo nati sunt filij, Peleus & Telamon. Pherecydes verò Telamonem amicum, nõ fratrem fuisse Pelei narrat, eúmque * Actæi filium, & Glauces * Crethei, fuisse ait. Atqui & Æacus cum Psamathe Nerei filia, in fontem, quòd inscendi nollet, commutata coiuit, & Phocum gignit. Sed & Æacus omnium pietatis seruãtissim⁹ fuit. Quãobrem, cum Græcia inusitata frugum caritate premeretur, Pelopis causa,

ὅτι Στυμφάλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀρκάδων πολεμῶν, τὴν Ἀρκαδίαν ἑλεῖν μὴ δυνάμενος, προσποιησάμενος φιλίαν, ἔκτεινεν αὐτὸν, καὶ διέσπειρε μελείσας. χρησμοὶ δὲ θεῶν ἔλεγον ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν ἐνεστώτων κακῶν τὴν Ἑλλάδα, ἐὰν Αἰακὸς ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὰς ποιήσηται. ποιησαμένου δὲ εὐχὰς Αἰακοῦ, τῆς ἀκαρπίας ἡ Ἑλλὰς ἀπαλλάττεται. τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ Πλούτωνι τελευτήσας Αἰακός· καὶ τὰς κλεῖς τοῦ Ἅδου φυλάττει. διαφέροντος δὲ ἐν τοῖς ἀγῶσι Φώκου, τοὺς ἀδελφοὺς Πηλέα καὶ Τελαμῶνα ἐπιβουλεῦσαι· καὶ λαχὼν κλήρῳ, Τελαμὼν συγγυμναζόμενον αὐτῷ βαλὼν δίσκῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, κτείνει. καὶ κομίσας μετὰ Πηλέως, κρύπτει κατά τινος ὕλης. φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου, φυγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται. καὶ Τελαμὼν μὲν εἰς Σαλαμῖνα παραγίνεται πρὸς Κυχρέα τὸν [Ποσειδῶνος, καὶ] Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ [υἱόν] κτείνας δὲ ὄφιν οὗτος ἀδικοῦντα τὴν νῆσον, ἧς αὐτὸς ἐβασίλευε, καὶ τελευτῶν ἄπαις, τὴν βασιλείαν παραδίδωσι Τελαμῶνι.

quòd ipse Stymphalum Arcadum regem bello infestans, Arcadiam subigere minime posset, per simulatam amicitiã ipsum interfecit, ac eius viscera membratim confecta dispersit. Deorum interea responsis, tum Græciam imminentibus malis ereptam iri, si illius ergô preces effuderit Æacus, renunciatum est. Quo per Æacum facto, Græcia annonæ penuria liberatur. Quinetiam & apud inferos Æacus in summo esse honore perhibetur: & is Plutonis claues seruare proditur. Quoniam verò Phocus in certaminibus præstare videbatur, fratres Peleum ac Telamonem insidias illi comparasse ferunt: atque vbi sorte obuenit, vt cum eo Telamon pari in ludo decertaret, disco caput illi ferit, & occidit, ac sublatum Peleo adiutore quadam in sylua occultauit. Demum verò cæde detecta, ambo ex Ægina ab Æaco solum vertere compelluntur. Telamõ Salaminẽ ad Cychreũ Neptuno ac Salamine Asopi filia natum peruenit. Is necato serpente, qui insulam, cuius ipse rex erat, deuastabat: ac nullis post se relictis filijs, moriens, regnum Telamoni concessit.

ὁ δὲ γαμεῖ Περίβοιαν τὴν Ἀλκάθου τοῦ Πέλοπος· καὶ ποιησαμένου εὐχὰς Ἡρακλέους ἵνα αὐτῷ παῖς ἄῤῥην γένηται· φανέντος δὲ μετὰ τὰς εὐχὰς αἰετοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκάλεσαν Αἴαντα. καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Τροίαν σὺν Ἡρακλεῖ, λαμβάνει γέρας Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα. ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Τεῦκρος. Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος, ὑπ᾽ αὐτοῦ καθαίρεται· καὶ λαμβάνει παρ᾽ αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην, καὶ τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν. καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη, ἣν ἔγημε Βῶρος ὁ Περιήρους. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ᾽ Εὐρυτίωνος ἐλθών, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον, Εὐρυτίωνος τυγχάνει, καὶ κτείνει τοῦτον ἄκων. πάλιν οὖν ἐκ Φθίας φυγὼν ἐς Ἰωλκὸν, πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ καθαίρεται. ἀγωνίζεται δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνα πρὸς Ἀταλάντην διαπαλαίσας, καὶ Ἀστυδάμεια Ἀκάστου γυνὴ, Πηλέως ἐρασθεῖσα, περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους.

Is deinde Peribœam Alcathoi Pelopis filiam sibi vxorem coniunxit. Et Hercules, vt illi mascula proles enasceretur, à Dijs precibus depoposcit: & post preces repente aquila apparuit, & enatum puerum Aiacē nominarunt. Qui in bello cōtra Ilium Herculem secutus, Hesionem Laomedontis filiam muneri accepit, ex qua sibi Teucrum procreauit. Cæterum Peleus Phthiā ad EVrytionem Actoris filium exulatum abijt, à quo postea expiatus Antigonem illius filiam in matrimonium capit: atque in tertiam regni partem adscitus est. Mox Polydoram filiam genuit, quam Boro Perieris filio nuptui dedit. Inde in Calydonij apri venationem cum EVrytione simul egressus, ac misso in aprum telo EVrytionē ferit, eúmque fortuito ictu cecidit. rursus itaque à Phthia Iolcum ex fuga ad Acastum sese recepit, ab eóque lustratur. Adhæc cum Atalanta ludis in Peliæ regis honorem institutis palæstrica pugna decertauit: vbi Astydamea Acasti coniux Pelei amore correpta, ad eum literas de concubitu dedit:

μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι, πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ πέμψασα ἔφη, μέλλειν Πηλέα γαμεῖν Στερόπην τὴν Ἀκάστου θυγατέρα. καὶ τοῦτο ἐκείνη ἀκούσασα, ἀγχόνην ἀνάπτει. Πηλέως δὲ πρὸς Ἄκαστον καταψεύδεται, λέγουσα, ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ συνουσίας πεπειρᾶσθαι. Ἄκαστος ἀκούσας, κτεῖναι μὲν ὃν ἐκάθηρεν, οὐκ ἠβουλήθη· ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ θήρας εἰς τὸ Πήλιον· ἔνθεν ἁμίλλης περὶ θήρας γενομένης, Πηλεὺς μὲν ὧν ἐχειροῦτο θηρίων, τὰς γλώσσας τούτων ἐκτέμνων εἰς πήραν ἐτίθει· οἱ δὲ μετὰ Ἀκάστου ταῦτα χειρούμενοι κατεγέλων ὡς μηδὲν τεθηρευκότος τοῦ Πηλέως. ὁ δὲ τὰς γλώσσας παρασχόμενος ὅσας εἶχεν, ἐκείνοις τοσαῦτα ἔφη τεθηρευκέναι. ἀποκοιμηθέντος αὐτοῦ ἐν τῷ Πηλίῳ, ἀπολιπὼν Ἄκαστος, καὶ τὴν μάχαιραν ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας, ἐπανέρχεται. ὁ δὲ, ἐξαναστὰς καὶ ζητῶν τὴν μάχαιραν, ὑπὸ τῶν Κενταύρων καταληφθεὶς, ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι. σώζεται δὲ ὑπὸ Χείρωνος οὗτος· καὶ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐκζητήσας, [καὶ ἐξευρὼν] δίδωσι. γαμεῖ δὲ, ὡς λέλεκται,

que, quoniam id illi persuadere non potuit, ad eius etiam vxorem misit, qui à Peleo Steropem Acasti filiã propediem ductam iri illi renuntiaret. Quod vbi illa accepit, laqueo se suspendit. Peleum insuper Acasto, quòd eam de stupro interpellasset, calumniatur. Id vbi Acastus percepit, quem ipse lustrasset, haud quaquam ab se necãdum esse censuit: at cum in Pelium montem venatum abducit. Inde coorta de venatione controuersia, Peleus quidem captarum ab se ferarum desectas linguas intra peram reponebat. Atqui Acasti comites eas capientes, Peleum velut nihil venatum irridere. Is autem quotquot linguas haberet, exhibitis, tot feras illis se venatum esse dictitauit. Quem, cum in Pelio somno oppressus obdormisset, Acastus reliquit, eique sublatum ensem in boum fimo celauit, & abiuit. Is deinde experrectus, interea dum ensem quæritat, à Centauris comprehensus iam iam moriturus erat, verùm hic à Chirone seruatur incolumis, eidémque quæsitum ac repertum ensem condonauit.

Πηλεὺς Ἀντιγόνην τὴν Εὐρυτίωνος, ἐξ ἧς αὐτῷ γίνεται Πολυδώρη, ἣν ἔγημε Σπερχεῖος ὁ ποταμὸς ἐπίκλην Βῶρος ὁ Περιήρους υἱός. ἐξ ἧς Μενέσθιον τεκνοῖ. αὖθις δὲ Πηλεὺς γαμεῖ Θέτιν τὴν Νηρέως, περὶ ἧς τοῦ γάμου Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν ἤρισαν. Θέτιδος δὲ θεσπιῳδούσης ἔσεσθαι τὸν ἐκ ταύτης γεννηθέντα κρείττονα τοῦ πατρὸς, ἀπέσχοντο. ἔνιοι δέ φασι Διὸς ὁρμῶντος ἐπὶ τὴν ταύτης συνουσίαν, εἰρηκέναι Προμηθέα τὸν ἐκ ταύτης αὐτῷ γεννηθέντα, οὐρανοῦ δυναστεύειν. τινὲς δὲ λέγουσι, μὴ βουληθῆναι Θέτιν Διὶ συνελθεῖν ὑπὸ Ἥρας τραφεῖσαν. Δία δὲ ὀργισθέντα θνητῷ ἐθελῆσαι αὐτὴν συνοικῆσαι. Χείρωνος οὖν ὑποθεμένου Πηλεῖ συλλαβεῖν, καὶ κατέχειν αὐτὴν μεταμορφουμένην, ἐπιτηρήσας, συναρπάζει. γινομένην δὲ ὁτὲ μὲν πῦρ, ὁτὲ δὲ ὕδωρ, ὁτὲ δὲ θηρίον, οὐ πρότερον ἀνῆκε πρὶν ἢ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν εἶδεν ἀπολαβοῦσαν. γαμεῖ δὲ ἐν τῷ Πηλίῳ· κἀκεῖ θεοὶ τὸν γάμον εὐωχούμενοι καθύμνησαν· καὶ δίδωσι Χείρων Πηλεῖ δόρυ μείλινον, Ποσειδῶν δὲ, ἵππους Βάλιον καὶ Ξάνθον· Ἥφαιστος δὲ μάχαιραν,

Peleus verò, vt supra dictũ est, Antigonẽ EVrytione patre ꝓcreatã vxorẽ duxit, dẽ qua sibi Polydoram gignit, quã postea Sperchio flumini cognomento Boro Perieris filio vxorem collocauit, ex qua Menesthiꝰ natꝰ est. Sed & alterã duxit Peleus, nẽpe Thetin Nerei filiã, de cuius matrimonio Iupiter & Neptunꝰ cõtẽderũt. At cũ Thetis è se ortũ filiũ patre futurũ esse pręstãtiorẽ ꝓdixisset: abstinuisse Iouẽ illiꝰ nuptias ferũt. Nec desunt q̃ scribãt ad eiꝰ cõplexũ iã iã prodeũti Ioui, Prometheũ dixisse, natũ ex ea cœlo dominaturũ. Sunt etiã, q̃ memorẽt Thetin Iunonis monitu ꝑsuasam Iouis concubitũ euitasse. Hinc iratum Iouem voluisse, vt ea mortalis viri coniugio locaretur. Chironis itaque consilio eã comprehendendi ac detinendi rationem Peleus inijt: eam itaq; cũ in varias se formas cõmutãtẽ obseruasset, corripit, quæ cũ interim ignis, interim aquę, modò etiã feræ vultũ caperet, nõ eã prius, q̃ pristinã formã recepisse videt, remisit. Hãc demũ in Pelio mõte vxorẽ sibi copulauit: atque inibi Dij cõuiuio excepti suo quisq; munere matrimonium cõmẽdarũt. Nam Chiron hasta fraxinea Peleum, Neptunus equis Balio & Xantho, Volcanus ense,

καὶ οἱ λοιποὶ ἔπρα. ἀθάνατοι δὲ ἦσαν οὗτοι. ὡς δὲ ἐγέννησε Θέτις ἐκ Πηλέως βρέφος, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι τοῦτο, κρύφα Πηλέως εἰς τὸ πῦρ ἐγκρύβουσα τῆς νυκτός, ἔφθειρεν ὃ ἦν αὐτῷ θνητὸν πατρῷον· μεθ' ἡμέραν δὲ ἔχριεν ἀμβροσίᾳ. Πηλεὺς δὲ ἐπιτηρήσας, καὶ ἀσπαίροντα τὸν παῖδα ἰδὼν ἐπὶ τοῦ πυρός, ἐβόησε. καὶ Θέτις κωλυθεῖσα τὴν προαίρεσιν τελειῶσαι, νήπιον τὸν παῖδα ἀπολιποῦσα, πρὸς Νηρηίδας ᾤχετο. κομίζει δὲ τὸν παῖδα πρὸς Χείρωνα Πηλεύς. ὁ δὲ λαβὼν αὐτὸν ἔτρεφε σπλάγχνοις λεόντων, καὶ συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων μυελοῖς· καὶ ὠνόμασεν Ἀχιλλέα. πρότερον μὲν ἦν ὄνομα αὐτῷ Λιγύρων, ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε. Πηλεὺς δὲ μετὰ ταῦτα σὺν Ἰάσονι καὶ Διοσκούροις ἐπόρθησεν Ἰωλκόν· καὶ Ἀστυδάμειαν τὴν Ἀκάστου γυναῖκα φονεύει. καὶ διελὼν μέλη, διήγαγε δι' αὐτῆς τὸν στρατὸν εἰς τὴν πόλιν. ὡς δὲ ἐγένετο ἐνναετὴς Ἀχιλλεύς, Κάλχαντος λέγοντος οὐ δύνασθαι χωρὶς αὐτοῦ Τροίαν αἱρεθῆναι, Θέτις προειδυῖα ὅτι δεῖ στρατευόμενον αὐτὸν ἀπολέσθαι,

ac reliqui alijs muneribus condonarunt. Hi verò Dij immortales fuere. Post vbi Thetis conceptum è Peleo partum edidit, eum immortalem factura, clã Peleo per noctem in igne abscondit, & quicquid paternæ in eo mortalitatis erat, excoquebat: per diem verò, ambrosia puerum inungebat. At Peleus per obseruationem, palpitantem natum in igne conspicatus, inclamauit. Tũ Thetis quo minus votum expleret suum, impedita, relicto infantulo, ad Nereidas abijt. Tum Peleus sublatum in manibus puerum ad Chironem tulit: quem ille acceptum, leonum visceribus, aprorúmque & vrsorũ medullis enutriuit: eúmq́; cui Ligyron antea nomen fuit, quòd mammis labra minime admouisset, Achillem nominari voluit. Post hæc Peleus Iasonis & Dioscurorum adiumento Iolcũ expugnauit: Astydamiámque Acasti coniugem occidit, ac distractis illius membris per eam intra vrbẽ trãduxit exercitum. Vbi demũ nonum ætatis suæ annum expleuit Achilles, Calchãte Troiã sine ipso capi nõ posse, prędicãte, Thetis, ꝙ filiũ eo in bello militãtem interiturũ omnino præuidisset:

κρύψασα ἐσθῆτι γυναικείᾳ, ὡς παρθένον παρέθετο. κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται· καὶ γίνεται παῖς Πύῤῥος αὐτῷ, ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος αὖθις. Ὀδυσσεὺς δὲ μηνυθέντα παρὰ Λυκομήδους ζητῶν Ἀχιλλέα σάλπιγγι χρησάμενος εὗρε· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς Τροίαν ἦλθε. συνείπετο δὲ αὐτῷ Φοῖνιξ ὁ Ἀμύντορος. οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη, καταψευσαμένης φθορὰν Κλυτίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας, ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις, βασιλέα κατέστησε Δολόπων. συνείπετο δὲ καὶ Πάτροκλος ὁ Μενοιτίου καὶ Σθενέλης τῆς Ἀκάστου, ἢ Περιάπιδος τῆς Φέρητος, ἢ καθάπερ φησὶ Φιλοκράτης, Πολυμήλου τοῦ Πηλέως. οὗτος ἐν Ὀποῦντι [τῆς Λοκρίδος] διενεχθεὶς ἐν παιδιᾷ περὶ ἀστραγάλων παίζων παῖδα Κλυσώνυμον τὸν Ἀμφιδάμαντος [ἄκων] ἀπέκτεινε. καὶ φυγὼν μετὰ τοῦ πατρὸς, παρὰ Πηλεῖ κατῴκει, καὶ Ἀχιλλέως ἐρώμενος γίνεται. Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος·

muliebri ipsũ veste cõtectũ [in Scyrõ insulã Lycomedi] ꝓ puella incorrupta, ac virgine perductũ cõmẽdauit. ibiq; agẽs adolescẽtul⁹, Deïdamiã regis filiã cõprimit: ex qua Pyrrhũ filiũ extulit, q̃ nouo postea nomine Neoptolemus est appellatus. Cęterũ Vlysses, quãdo ei apud Lycomedẽ esse Achillẽ, indicatũ fuit, quęsitũ tuba vsus inuenit. Ad hũc itaq; modũ Achilles ad bellũ Troianum perduct⁹ est. Ad quod ętiam Phœnix Amyntoris filius illũ comitatus accessit. Hunc à Clytia patris pellice, vt de stupro interpellata falsò insimulatũ pater oculorũ luce priuauit. Quẽ Peleus ad Chironẽ ductũ, ab eóq; curatũ, oculorũ luce recuperata Dolopũ regẽ cõstituit. Insuper Achilli Patroclus Menœtij, ac Sthenelcs Acasti, siue, vt alijs placet, Periapidis Pheretis filij, vel, vt Philocrates inquit, Polymeli Peleo nati, fili⁹, comes accessit. Is Opuntẽ Locridis delat⁹, in talorũ ludo Clysonymũ Amphidamãtis filiũ imprudẽter occidit: atq; in exilium actus cũ patre, à Peleo domi in cõtubernio acceptus, Achillis amasius efficitur. Porrò Cecrops indigena, ac gemin⁹, idest humano simul & serpẽtino corpore prædítus, in terra Attica prim⁹ regnauit,

καὶ τὴν γῆν πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. ἐπὶ τούτου φασὶν ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔμελλον ἕξειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἧκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηίδα καλοῦσι. μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ· καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν· ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν· οὐχ', ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα καὶ Κραναόν, οὐδὲ Ἐρεχθέα· θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα· καὶ τούτων δικαζόντων ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας. Ποσειδῶν δὲ, θυμῷ ὀργισθεὶς, τὸ Θριάσιον [πεδίον] ἐπέκλυσε, καὶ τὴν Ἀττικὴν ὕφαλον ἐποίησεν. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν Ἐρυσίχθονα,

& quę prius Acte dicebatur, de suo ipsius vocabulo Cecropiam dici voluit. Sub eo quoq; dijs fuisse decreto cōcessa aiūt vrbiū occupādarū potestatē, sanè in quib⁹ potissimū priuatos honores vnus quisq; adipisci posse videretur. Primus igitur Neptun⁹ in Atticā venit, ac percussa tridēte ad mediā arcē terra, fretū repēte exidit: id loci Erectheidē vocāt. Post hūc autē Minerua cōparuit: quę lecto à se Cecrope occupatiōis suę iudicij teste, oleā è terra produxit, quæ nostra etiā ętate visitur in Pandrosio. Coorta deinde inter vtrūq; cōtētione, ac lite de vrbe, Iupiter Mineruā Neptunūq; inter se pacauit, iisq;, nō, vt quidā memorāt, Cecropē Cranaūq;, nec Erichtheū, sed duodecim deos huiusce cōtrouersię iudices dedit: quorū sētētia vrbs Athenę Mineruę adiudicata fuit: quādo primū ab ea oleā Cecropis testimonio ꝓductā fuisse pceperūt. Minerua itaq; de seipsa Athenis nomen imposuit. at Neptun⁹ mirū in modū irat⁹ Thriasiū cāpū pessime afflixit: atq; Atticā vniuersā pelago inundauit. Adhęc Cecrops Agraulō Actæi filiam in coniugium ducit, ex eaq; marē quidem suscepit, Erysichthonem, qui

ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε· θυγατέρας δὲ Ἄγραυλον, Ἕρσην, Πάνδροσον. Ἀγραύλου μὲν οὖν καὶ Ἄρεος Ἀλκίππη γίνεται. ταύτην βιαζόμενος Ἁλιρρόθιος ὁ Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Εὐρύτης, ὑπὸ Ἄρεος φωραθεὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν Ἄρη, καὶ ἀπολύεται. Ἕρσης δὲ καὶ Ἑρμοῦ Κέφαλος, οὗ ἐρασθεῖσα Ἠὼς ἥρπασε· καὶ μιγεῖσα ἐν Συρίᾳ, παῖδα ἐγέννησε Τιθωνόν· οὗ παῖς ἐγένετο Φαέθων· τούτου δὲ Ἀστύνοος· τοῦ δὲ, Σάνδοκος, ὃς ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδερειν. καὶ γήμας *Θανάκην τὴν Μεγασσάρου [Κινύραν] τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐγέννησε. Κινύρας οὗτος ἐν Κύπρῳ παραγενόμενος σὺν λαῷ ἔκτισε Πάφον. γήμας δὲ ἐκεῖ Μεθάρμην κόρην Πυγμαλίωνος Κυπρίων βασιλέως, Ὀξύπορον ἐγέννησε καὶ Ἄδωνιν· πρὸς δὲ τούτοις θυγατέρας Ὀρσεδίκην, Λαογόρην καὶ Βραισίαν. αὗται δὲ διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης ἀλλοφύλοις ἀνδράσι συνευναζόμεναι, τὸν βίον ἐν Αἰγύπτῳ μετήλλαξαν.

qui sine maribus liberis è vita decessit: filias verò, Agraulon, Hersen & Pandrosom. At ex Agraulo ac Marte gignitur Alcippe. Huic vim inferre Halirrhothius Neptuni & EVrytes nymphæ filius à Marte deprehēsus occiditur. Quamobrem Neptunus Martē in Ariopago cædis reum agit. Is duodecim Deorum sentētia iudicatus absoluitur: at Cephalus, Herses & Mercurij filius fuit: quem cum AVrora supra modum amaret, correptum secū asportauit in Syriam, ibiq; illius concubitu grauida fit, & Tithonū peperit: cui Phaëthontē filiū fuisse prodūt. Huius autem fuit Astynous, ex quo Sādocus: qui è Syria profectus in Ciliciam, Celenderim vrbē condidit: ductáq; in matrimonium *Thanace Megessari filia, Cinyram Assyriorū regem procreauit. Hic Cinyras cum in Cyprū se contulisset, cum populo Paphū condidit. Ductáque inibi vxore Metharme Pygmalionis Cypriorū regis filia, Oxyporū & Adonin genuit: necnon filias Orsedicen, Laogorémq; & Bræsiam ex eadem suscepit. Hæ verò ob Veneris iram alienigenis permistæ viris, vitā in Ægypto cum morte cōmutarūt.

Ἄδωνις δὲ ἔτι παῖς ὤν, Ἀρτέμιδος χόλῳ, πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς, ἀπέθανε. Ἡσίοδος δὲ αὐτὸν Φοίνικος καὶ Ἀλφεσιβοίας λέγει· Πανύασις δέ φησι Θόαντος βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς ἔσχε θυγατέρα Σμύρναν. αὕτη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης, οὐ γὰρ αὐτὴν ἐτίμα, ἴσχει τοῦ πατρὸς ἔρωτα· καὶ συνεργὸν λαβοῦσα τὴν τροφὸν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ νύκτας δώδεκα συνευνάσθη. ὁ δὲ, ὡς ᾔσθετο, σπασάμενος ξίφος, ἐδίωκεν αὐτήν· ἡ δὲ, περικαταλαμβανομένη, θεοῖς ηὔξατο ἀφανὴς γενέσθαι. θεοὶ δὲ κατοικτείραντες αὐτὴν εἰς δένδρον μετήλλαξαν, ὃ καλοῦσι σμύρναν. δεκαμηνιαίῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ, τοῦ δένδρου ῥαγέντος, γεννηθῆναι τὸν λεγόμενον Ἄδωνιν, ὃν Ἀφροδίτη διὰ κάλλος ἔτι νήπιον κρύφα θεῶν εἰς λάρνακα κρύψασα, Περσεφόνῃ παρείσατο. ἐκείνη δὲ ὡς ἐθεάσατο, οὐκ ἀπεδίδου. κρίσεως δὲ ἐπὶ Διὸς γενομένης, εἰς [τρεῖς] μοίρας διῃρέθη ὁ ἐνιαυτός· καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῷ μένειν τὸν Ἄδωνιν· μίαν δὲ παρὰ Περσεφόνῃ προσέταξε. τὴν δὲ ἑτέραν παρὰ Ἀφροδίτῃ.

Adonis autem puer adhuc, Dianæ iracundia, in venatione ab apro percussus interijt. Hunc Hesiodus Phœnicis & Alphesibœæ filium fuisse ait. Panyasis verò, de Thoante Assyriorum rege, qui Myrrham filiam habuit, natum refert. Hæc Myrrha per iram Veneris, quòd eam nihili faceret, patris amore corripitur: atque vsa nutricis operâ, cum inscio patre noctes duodecim concubuit. Is, vbi rem sensit, stricto in filiam ense impetum fecit: quæ, cum iam comprehenderetur, Deos rogat, vt nusquam appareat. Tum Dij illam miserati, in arborem sui nominis commutarunt: ac decimo pôst mense rescissa arbore, Adonin ex ea filium ortum fuisse ferunt. Quem Venus formæ ergô infantem adhuc clam deis in arca occultatum, ante Proserpinam constituit: quem, simulac illum conspexit, se reddi-turum negauit. Delato ad Iouem iudicio, tres in partes annum partitus est, vt vnam apud se ipsum, alteram cum Proserpina, tertiam demum cum Venere Adonis permaneret, imperauit.

ὁ δὲ Ἄδωνις ταύτῃ προσένειμε καὶ τὴν ἰδίαν μοῖραν. ὕστερον δὲ θηρεύων Ἄδωνις ὑπὸ συὸς πληγεὶς ἀπέθανε. Κέκροπος δὲ ἀποθανόντος, Κραναὸς * αὐτόχθων, ἐφ' οὗ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος λέγεται κατακλυσμὸν γενέσθαι. οὗτος γήμας ἐκ Λακεδαίμονος Πεδιάδα τὴν Μήνητος, ἐγέννησε Κρανάην, καὶ Κραναίχμην, καὶ Ἀτθίδα· ἧς ἀποθανούσης ἔτι παρθένου, τὴν χώραν Κραναὸς Ἀτθίδα προσηγόρευσε. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονος λέγουσι. βασιλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ δώδεκα [ἔτη] Ἐριχθόνιος ἐκβάλλει· τοῦτον οἱ μὲν Ἡφαίστου τῆς Κραναῆς θυγατρὸς Ἀτθίδος εἶναι λέγουσιν· οἱ δὲ, Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, οὕτως· Ἀθηνᾶ παρεγένετο πρὸς Ἥφαιστον, ὅπλα κατασκευάσαι θέλουσα. ὁ δὲ ἐγκαταλελειμμένος ὑπὸ Ἀφροδίτης, εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθε τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ διώκειν αὐτὴν ἤρξατο· ἡ δὲ, ἔφευγεν· ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο, πολλῇ ἀνάγκῃ, ἦν γὰρ χωλὸς, ἐπειρᾶτο συνελθεῖν.

Adonis autem, quæ pars sibi ab Ioue distributa fuerat, eam ipsi Veneri attribuit. Nec lõgo pòst tempore inter venandum Adonis ab apro vulneratus occidit. Post, vbi Cecrops humanitatem exuit, Cranaus indigena, sub quo Deucalionis diluuium fuisse narratur, ducta à Lacedæmone Pediade Menetis filia, Cranaen genuit, & Cranæchmen, & Atthidem: quæ cum, virginitate necdum expugnata obiisset, Cranaus ab ea terram Atthidem vocitauit: vbi, post Cranaum expulsum regnauit Amphictyon. Hunc nonnulli Deucalionis, alij verò indigenæ hominis filium fuisse dicunt. Qui, cum duodecim annos regnum tenuisset, ab Erichthonio pellitur: hunc Hephæstes, ex Cranae Atthidis nata filium esse aiunt. Sunt etiam, qui Volcani & Palladis esse velint, hunc in modum. Minerua olim arma sibi conflari volens, ad Volcanum adierat. Hunc interim relictum à Venere Mineruæ constuprandæ cupido desiderium incessit: eámque attrectare aggreditur. Hæc fugit: ille fugientem insequitur, vtque proximè eam venit, in summa erat necessitate, claudicabat enim, Deam inire conabatur.

ἡ δὲ, ὡς σώφρων καὶ παρθένος οὖσα, οὐκ ἠνέσχετο. ὁ δὲ ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς. ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα, ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸν γόνον, εἰς γῆν ἔρριψεν. φευγούσης δὲ αὐτῆς, καὶ τῆς γονῆς εἰς γῆν πεσούσης, Ἐριχθόνιος γίνεται. τοῦτον Ἀθηνᾶ κρύφα τῶν ἄλλων θεῶν ἔτρεφεν, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι· καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην, Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο, ἀπειποῦσα τὴν κίστην ἀνοίγειν. αἱ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου ἀνοίγουσιν ὑπὸ περιεργίας, καὶ θεῶνται τῷ βρέφει παρεσπειραμένον δράκοντα· καὶ ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀπ' αὐτοῦ διεφθάρησαν τοῦ δράκοντος· ὡς δὲ ἔνιοι, δι' ὀργὴν Ἀθηνᾶς, ἐμμανεῖς γενόμεναι, κατὰ τῆς ἀκροπόλεως αὑτὰς ἔρριψαν. ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκβαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν· καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο, καὶ τῶν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο· καὶ Πασιθέαν Νηΐδα νύμφην ἔγημεν· ἐξ ἧς παῖς Πανδίων ἐγεννήθη.

Ea verò, vt pudica erat, & virgo, virum non admittebat. Volcanus demum tentigine ruptus in virginis femur semen effudit. Tum tristata, semen lana detersum in terram deiecit, ac mox in fugam se dedit. Interea verò ex demisso in humum semine gignitur Erichthonius. Hunc clam dijs alijs, dum immortalem facere studet, educauit: positúmque in cista Pandroso Cecropis filiæ commendauit: interdicítque ne cistam retegeret. At Pandrosi sorores, quòd curiosæ admodum forent, cistam aperiunt, aduolutúmque secus puerum draconem spectant. Nec desunt qui ab eodem dracone fuisse interemptas astipulentur. Aliorũ verò testimonio, Palladis ira, furore percitæ, de summa sese arce præcipites eiecerunt. Interea verò Erichthonius in templo a Minerua ipsa enutritus, pulso Amphictyone, Athenarum regno potitus est, ac Mineruæ signum in arce constituit: necnon Panathenæorum celebritatem instituit: Pasitheámque Naidem nympham vxorem accepit: ex qua sibi Pandion natus est.

Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ αὐτῷ, τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. ἐφ' οὗ Δημήτηρ καὶ Διόνυσος εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. ἀλλὰ Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο· Διόνυσον δὲ Ἰκάριος· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου. καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιίαν μανθάνων, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάριτας ἀνθρώποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἳ γευσάμενοι τοῦ ποτοῦ, καὶ χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι' ἡδονὴν ἐκλύσαντες, πεφαρμάχθαι νομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. μεθ' ἡμέραν δὲ νοήσαντες, ἔθαψαν αὐτόν. Ἠριγόνῃ δὲ τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ, κύων συνήθης ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε. κἀκείνη κατοδυρομένη τὸν πατέρα, ἑαυτὴν ἀνήρτησε. Πανδίων δὲ γήμας Ζευξίππην τῆς μητρὸς τὴν ἀδελφήν, θυγατέρας μὲν ἐτέκνωσε Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν· παῖδας δὲ διδύμους Ἐρεχθέα καὶ Βούτην. πολέμου δὲ ἐξαναστάντος πρὸς Λάβδακον, περὶ γῆς ὅρων, ἐπεκαλέσατο βοηθὸν ἐκ Θρᾴκης Τηρέα τὸν Ἄρεως· καὶ τὸν

Denique Erichthonio vita functo, ac in primo Palladis phano sepulto, Pandion regnũ adipiscitur: quo regnãte Ceres Dionysiúsq; in Atticam venere. Atqui Cererẽ Eleusine Celeus suscepit. Dionysius verò ab Icario hospitio excipitur, a quo vitis palmitẽ muneri accepit, ab eóq; vini faciendi ratione didicit. Is igitur Dei beneficia mortalibus impertiturus, ad pastores se quosdã contulit, qui cùm gustassent vinum: atq; animi causa sese largius meri poculis inuitassent: malum sibi medicamentum datum esse arbitrati, Icario necem fustibus intulerunt. verùm postridie re cognita, ipsum sepeliuerunt. Erigonæ verò filiæ patrem vestigati herilis canis, cui Mæra nomen fuit, Icarium consectari solita, cadauer vbi nam delitesceret, indicauit. Tum filia patrem deflens, se ipsam ex arbore suspendio necauit. Pandion interea deducta vxore Zeuxippe matris suæ sorore, filias Procnen ac Philomelam, & geminos, Erechtheum Butémque, suscepit. Dein conflato in Labdacum bello, de terræ finibus, in belli societatem Tereum Martis filium de Thracia conuocauit: eóque

πόλεμον σὺν αὐτῷ κατορθώσας, ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμον τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πρόκνην. ὁ δὲ ἐκ ταύτης γεννήσας παῖδα Ἴτυν, καὶ Φιλομήλης ἐρασθεὶς, ἔφθειρε. καὶ ταύτην, εἰπὼν τεθνάναι Πρόκνην, κρύπτων ἐπὶ τῶν χωρίων. αὖθις δὲ γήμας Φιλομήλαν, συνηυνάζετο, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξέτεμεν αὐτῆς. ἡ δὲ ὑφήνασα ἐν πέπλῳ γράμματα, καὶ διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς. ἡ δὲ ἀναζητήσασα τὴν ἀδελφὴν, κτείνει τὸν παῖδα Ἴτυν, καὶ καθεψήσασα, Τηρεῖ δεῖπνον ἀγνοοῦντι παρατίθησι· καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς διαταχέως ἔφυγον. Τηρεὺς δὲ αἰσθόμενος, ἁρπάσας πέλεκυν ἐδίωκεν. αἱ δὲ, ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος γινόμεναι περικατάληπτοι, θεοῖς εὔχονται ἀπορνεωθῆναι. καὶ Πρόκνη μὲν γίνεται ἀηδών· Φιλομήλα δὲ χελιδών. ἀπορνεοῦται δὲ καὶ Τηρεὺς, καὶ γίνεται ἔποψ.

Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῷα ἐμερίσαντο· καὶ τὴν βασιλείαν Ἐριχθεὺς λαμβάνει· τὴν δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ὁ Ἐριχθονίου Βούτης.

eóque bello per eius auxilia præclarissimè gesto: Procnen filiam suã Tereo nuptui collocauit. Hic suscepto ex ea Itye filio, Philomelam amore luccensus vitiat. Eámque, simulato Procnes obitu, rure celat, & huiusce loco Philomelam ductam comprimit. Inde huic linguam desecuit. ea verò per litteras in peplo contextas, suas ipsius Procnæ sorori miserias significauit. Hæc, post quæsitam germanam, Itym puerum trucidatum, elixatúmque, Tereo inscio epulandum apposuit, ac repentè cum sorore profugit. Tereus cognito facinore, abrepta securi fugientes insequitur. Hæ verò, cum iam Dauliam Phocidis vrbem peruenissent, circumseptæ, Deos rogant in auem mutari. Tum Procne fit Luscinia, Philomela verò in hirundinem transformatur. Adhæc Tereus in hupupã cõmutatur.

Inde Pandion vbi fato concessit, filij diuisis inter se patrijs facultatibus, Erichtheus regnum accepit. Sacerdotio autem Mineruæ Neptuníque Butes Erichthonij filius honestatur.

γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας τῆς Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα· θυγατέρας δὲ, Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. Χθονίαν μὲν οὖν ἔγημε Βούτης· Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος. Πρόκριν δὲ Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. ἡ δὲ, λαβοῦσα χρυσοῦν στέφανον, Πτελέοντι συνευνάζεται· καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κεφάλου, πρὸς Μίνωα φεύγει. ὁ δὲ αὐτῆς ἐρᾷ, καὶ πείθει συνελθεῖν. εἰ δὲ συνέλθοι γυνὴ Μίνωι, ἀδύνατον ἦν αὐτὴν σωθῆναι. Πασιφάη γὰρ, ἐπειδὴ πολλαῖς Μίνως συνηυνάζετο γυναιξὶν, ἐφαρμάκευσεν αὐτόν· καὶ ὁπότε ἄλλῃ συνηυνάζετο, εἰς τὰ ἄρθρα ἐφίει θηρία· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο. ἔχοντος οὖν [Κεφάλου] αὐτοῦ κύνα ταχὺν, ἀκόντιόν [τε] ἰθυβόλον· ἐπὶ τούτοις Πρόκρις ἰδοῦσα τὸν ἄνδρα, τὴν Κιρκαίαν πιεῖν ῥίζαν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάψαι, συνευνάζεται. δείσασα δὲ αὖθις τὴν Μίνωος γυναῖκα, ἧκεν εἰς Ἀθήνας·

At Erechtheus Praxitheam Phrasimi, & Diogeneæ Cephiso natæ filiam vxorem duxit, ex qua filios habuit, mares, Cecropem, Pandorum, & Metionem: fœminas verò Procrin, Creusam, Chthoniam, Orithyiam, quam postea Boreas rapuisse dicitur. Chthoniam Butes in coniugio habuit. Atqui Xuthus Creusam duxit, & Procrin Cephalus Dionei filius. Hæc sumpta corona aurea Pteleonti subigitur: & à Cephalo deprehensa, ad Minoem confugit. Hic eius etiam amore correptus est, eiúsque concubitum impetrat. At, si mulier hæc cum Minoe concubuisset, nulla potuisset ratione seruari. Nam Pasiphaë, quòd cum multis mulieribus Minoem rem habere non ignorabat, eum veneficijs infecit, vt quoties secum alia cubaret, in illius artus viperæ irruerent immanes. eúmque in modum pellices Pasiphaë disperdebat.*Cephalus igitur, perniciffimum habebat canem, [cui Lælapi nomen fuit, & quē nulla fera poterat euitare.] Iaculum adhæc, cuius ictus neminem vnquam fefellit. Inter hæc Procris conspicata virum, Circæam sumens radicem, nequid sibi obesset, concumbit. At verita rursus Minois coniugem, Athenas proficiscitur.

καὶ διαλλαγεῖσα Κεφάλῳ, μετὰ τούτου παραγίνεται εἰς θήραν· ἦν γὰρ θηρευτική· διώκουσαν γὰρ αὐτὴν ἐν τῇ λόχμῃ ἀγνοήσας, Κέφαλος ἀκοντίζει, καὶ τυχὼν ἀποκτείνει Πρόκριν. καὶ κριθεὶς ἐν Ἀρειωπάγῳ, φυγὴν ἀίδιον καταδικάζεται. Ὠρείθυιαν δὲ παίζουσαν ἐπὶ Ἰλισσοῦ ποταμοῦ, ἁρπάσας Βορέας συνῆλθε. ἡ δὲ γεννᾷ θυγατέρας μὲν Κλεοπάτραν, [καὶ] Χιόνην· υἱοὺς δὲ Ζήτην καὶ Κάλαϊν πτερωτούς. οἳ πλέοντες σὺν Ἰάσονι, καὶ τὰς ἁρπυίας διώκοντες, ἀπέθανον· ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, περὶ Τῆνον ὑφ' Ἡρακλέους ἀπώλοντο. Κλεοπάτραν δὲ ἔγημε Φινεύς. ᾧ γίνονται παῖδες ἐξ αὐτῆς Πλήξιππος καὶ Πανδίων· ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρας παῖδας, Ἰδαίαν ἐγάμησε τὴν Δαρδάνου. κἀκείνη τῶν προγόνων πρὸς Φινέα φθορὰν καταψεύδεται. καὶ πιστεύσας Φινεὺς, ἀμφοτέρους τυφλοῖ. παραπλέοντες δὲ οἱ Ἀργοναῦται σὺν Βορεάδαις κολάζονται αὐτόν. Χιόνη δὲ Ποσειδῶνι μίγνυται. ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολ-

& in Cephali gratiam redijt, & cum eo ad venandum concedit: quippe quæ venandi ſtudio mirifice oblectabatur. Hæc occultè virum inſecuta inter fruteta latitabat, eiúſque motu permoueri virgulta maritus ſentiens, iaculum ineuitabile miſit, cóque percuſſam vxorem Procrim interfecit. Quocirca Cephalus ab Areopagi iudicibus exilio ſempiterno damnatur. Interea verò Orithyiã Iliſſum amnem traijcientem Boreas rapuit, & cum ea concubuit. Hæc illi filias Cleopatram, & Chionem: mares autem, Zetem & Calain, aligeros, peperit. Qui cum Iaſone in Colchos nauigantes, & Harpyias inſectãtes moriũtur: ſiue, vt Acuſilaus ait, circa Tenum inſulam ab Hercule interempti fuerunt. Cleopatram Phineus coniugem cepit: cui ex ea filij gignuntur Plexippus & Pandion: his auctus filijs, ex Cleopatra Idęã, deinde Dardani filiã ſibi matrimonio ſociauit. Ea verò priuignos, quòd ipſam in ſtuprũ illicere voluiſſẽt, falſò apud patrẽ inſimulat. Huic ille credulus, ambos oculis priuat. interea Argonautæ cum Boreæ filijs illuc appulſi in Phineum animaduertunt. Chione autem Neptuno admiſcetur. Quæ cum clã patre Eumol-

πον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὲς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον. Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος, εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει· καὶ δίδωσι Βενθεσικύμῃ τρέφειν αὐτοῦ θυγατρὶ καὶ Ἀμφιτρίτης. ὡς δὲ ἐτελειώθη, * ἔνδον ὁ Βενθεσικύμης ἀνὴρ, τὴν ἑτέραν αὐτοῦ τῶν θυγατέρων δίδωσιν. ὁ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς γαμηθείσης ἐπεχείρησε βιάζεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο φυγαδευθεὶς, μετὰ Ἰσμάρου τοῦ παιδὸς, πρὸς Τεγύριον ἧκε, Θρακῶν βασιλέα· ὃς αὐτοῦ τῷ παιδὶ τὴν θυγατέρα συνῴκισε. ἐπιβουλεύων δὲ ὕστερον Τεγυρίῳ καταφανὴς γίνεται· καὶ πρὸς Ἐλευσινίους φεύγει· καὶ φιλίαν ποιεῖται πρὸς αὐτούς. αὖθις δὲ Ἰσμάρου τελευτήσαντος, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Τεγυρίου παραγίνεται, καὶ τὴν πρὸς τοῦτον μάχην διαλυσάμενος, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους καὶ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρακῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ Θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ.

pum peperisset, ne detegeretur, in mare deiecit infantulum. Hunc statim Neptunus exceptum, in Æthiopiam transfert, & Benthesicymæ filiæ suæ alendū commendat, & Amphitritæ. Qui, cum ætatis integræ fuit, intus Benthesicymes coniux, huic alteram filiarum vxorem dedit. Hic autem vxoris quoque suæ sorori vim inferre aggreditur. Quamobrē exilio multatus, cum Ismaro filio ad Tegyrium Thraciæ regem confugit. qui filiam ipsius filio coniugauit. Deinde verò insidias Tegyrio quoque comparasse detectus, ad Eleusinios aufugit, corúmque amicitiam sibi conciliauit. Rursus autem, Ismaro filio defuncto, à Tegyrio reuocatus in Thraciam redit, ac soluta inter eos discordia rēgnū accepit. Mox conflato inter Athenienses & Eleusinios bello, ascitus ab Eleusinijs, magno cum Thracum exercitu opem laturus aduenit. At Erechtheo de Atheniensium victoria sciscitanti, Deus rem bellicam præclare gesturum cecinit, si filiarum vnam iugularit.

καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπεποίηντο γάρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον. Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν· ὃς γήμας Μητιάδουσαν τὴν Εὐπαλάμου παῖδα ἐτέκνωσε Πανδίονα. οὗτος μετὰ Κέκροπος βασιλεύων, ὑπὸ τῶν Μητίονος υἱῶν κατὰ στάσιν ἐξεβλήθη. καὶ παραγενόμενος εἰς Μέγαρα πρὸς Πύλαν, τὴν ἐκείνου θυγατέρα Πελίαν γαμεῖ. αὖθις δὲ τῆς πόλεως βασιλεὺς ὑπ' αὐτῆς καθίσταται. κτείνας γὰρ Πύλας τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν Βίαντα, τὴν βασιλείαν δίδωσι Πανδίονι. αὐτὸς δὲ εἰς Πελοπόννησον σὺν λαῷ παραγενόμενος, κτίζει πόλιν Πύλον. Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι, παῖδες ἐγένοντο, Αἰγεύς, Πάλλας, Νῖσος, Λύκος. ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. μετὰ δὲ τὴν Πανδίονος τελευτήν,

Qui cum natu minimam immolasset, & reliquæ tum omnes se se iugularunt. Siquidem, vt quidam testati sunt, de se vicissim occidendis conspirarant. Commissa vero post immolationem pugna, Erechtheus EVmolpum obtruncauit. Inde vero vbi Neptunus cum ipsius domo Erechtheum dissoluit, Cecrops Erechthei filiorum maximus regnum administrauit: & is ducta in coniugium Metiadusa EVpalami filia, Pandionem filium sustulit. Hic vnà cum Cecrope patre regnans, à Metionis liberis per seditionem eiectus fuit. Hinc Megara ad Pylam profectus, eius filiā Peliam iamdudum nubilem, vxorem cepit: à qua deinde vrbis regno præficitur. Nam, cum Pylas Biantem patruum occidisset, Pandioni genero regnum tradit: ipse verò traducto in Peloponnesum populo Pylum vrbem condit. Interea Pandioni Megaris regnanti, nati sunt filij Ægeus, Pallas, Nisus, & Lycus. Nonnulli autem Ægeum Scyrij filium esse aiunt, sed sibi Pandionem suppositititium fuisse. Demū post Pandionis obitum,

οἱ παῖδες αὐτοῦ στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας, ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διεῖλον. εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος, Αἰγεύς. γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήταν τὴν Ὀπλῆτος· δευτέραν δὲ Χαλκιόπην τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δ' ὁ θεὸς ἔχρησεν αὐτῷ·

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδέονα φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσης πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ἀπορῶν [δὲ] τὸν χρησμὸν, ἀνῄει πάλιν ἐς Ἀθήνας. καὶ Τροιζῆνα διοδεύων, ἐπιξενοῦται Πιτθεῖ τοῦ Πέλοπος· ὃς τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίασεν αὐτῇ. Αἰγεὺς δὲ ἐντειλάμενος Αἴθρᾳ, ἐὰν ἄρρενα γεννήσῃ, τρέφειν, καὶ τίνος ἔστι μὴ λέγειν. ἀπέλιπε δὲ ὑπό τινι πέτρᾳ μάχαιραν, καὶ πέδιλα· εἰπὼν, ὅταν ὁ παῖς δύνηται τὴν πέτραν ἀποκυλίσας ἀνελέσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν αὐτὸν ἀποπέμπειν. αὐτὸς δὲ ἧκεν εἰς Ἀθήνας. καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων

eius filij perducto in Athenas exercitu, Metionidas eiecerunt, ac regnum in partes quatuor distribuerũt: sed penes Ægeũ summa imperij fuit. Hic primã vxorẽ Metã Opletis filiã: alteram verò Chalciopẽ Rhexenore natã duxit. At, vbi nulla se prole augeri videt, fratrũ metu ad Pythiã adit, déq; filiorũ progenie responsum dari sibi postulauit, cui deus ita vaticinatus est.

Macte noua virtute, pedem, qui prominet vtri
Ne prius exoluas, quàm scandas Palladis arcem.

At ipse ambigẽs q̃d hoc sibi vellet oraculũ, Athenas iterũ accedit, ac p̃ Trœzenẽ iter faciẽs, à Pittheo Pelopis filio hospitio recipitur. qui, quoniã oraculũ intellexerat, Ægeo vino madẽti filiã Æthrã cõprimẽdã sũmisit. Huic nocte eadẽ se Neptun⁹ cõiunxit. Ægeus intereaÆthrę pręcepit, vt, si ex ea masculus nasceretur, educaret: néve, cuius ille filius esset, indicaret: ensem & calceos sub saxo abditos reliquit: hæc locutus, cum per ætatẽ puer saxum subuoluere queat: ea tolleret, eúmque clàm cũ hisce omnibus ad se rebus emitteret. Ipse interim Athenas contendit: nec non Panathenæorum

ἀγῶνα ἐπετέλει, ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως, ἐνίκησε πάντας. τοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ἔπεμψε ταῦρον· ὑφ' οὗ διεφθάρη. ἔνιοι δὲ αὐτὸν λέγουσι πορευόμενον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ τὸν Λαΐου ἀγῶνα πρὸς τῶν ἀγωνιστῶν ἐνεδρευθέντα διὰ φθόνον ἀπολέσθαι. Μίνως δὲ ἐπελθόντος αὐτῷ θανάτου θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισι, τὸν μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔρριψε, καὶ τὸν αὐλὸν κατέσχε, καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν. ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισι. μετ' οὐ πολὺ δὲ θαλασσοκρατῶν, ἐπολέμησε στόλῳ τὰς Ἀθήνας, καὶ Μέγαρα εἷλε, Νίσου βασιλεύοντος τοῦ Πανδίονος. καὶ Μεγαρέα τὸν Ἱππομένους ἐξ Ὀγχηστοῦ Νίσῳ βοηθὸν ἐλθόντα ἀπέκτεινε. ἀπέθανε δὲ καὶ Νῖσος διὰ θυγατρὸς προδοσίαν. ἔχοντι γὰρ αὐτῷ πορφυρέαν ἐν μέσῃ τῇ κεφαλῇ τρίχα, ταύτης ἀφαιρεθείσης τελευτᾶν. ἡ δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ Σκύλλα ἐρασθεῖσα Μίνωος, ἐξεῖλε τὴν τρίχα. μόνον δὲ Μεγάρων κρατήσας, καὶ τὴν κόρην τῆς πρύμνης τῶν ποδῶν ἐκδήσας, ὑποβρύχιον ἐποίησε.

certamen aggreditur celebrare, in quibus Minois filius Androgeus omnibus victoria præſtitit. Hunc Iupiter in Marathonium taurum miſit, à quo fuit interfectus. Non deſunt qui illum Athenas ad Laij certamen euntem, ab athletis ob inuidiã dolo necatum fuiſſe prodant. Minos, audita filij morte, quo tempore in Paro gratijs ſacra faciebat, ſublatam è capite coronã, abiecit, ac tibiam abſtinuit, & ſacrificium nihilo tamen ſecius abſoluit. Hinc & in hodiernam vſque tempeſtatem ſine tibijs & coronis in Paro Gratijs immolant. Nec longo pôſt tempore in mari præpotens comparata claſſe Athenas oppugnauit. Megara item Niſo Pandionis filio regnante ſubuertit. Adhæc Megareum Hippomenis filiũ, qui ex Oncheſto Niſo opitulaturus aduenerat, interemit: & is demũ per filię proditionem occubuit. Nam cum Scylla filia Minois amore flagraret, patri purpureum crinem quo inuictus eſſe ferebatur, é medio capitis vertice præcidit, eóque facto ſtatim ille interijt. Minos itaque Megaris potitus, virginem vinctam pedibus è puppe in mari deiectam ſummerſit.

χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου μὴ δυνάμενος ἑλεῖν Ἀθήνας, εὔχεται Διὶ παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν δίκας. γενομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρότερον κατὰ λόγιον Ἀθηναῖοι παλαιὸν, τὰς Ὑακίνθου κόρας, Ἀνθηίδα, Αἰγληίδα, * Ηνθηνίδα, Λυταίαν, ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατέσφαξαν. τούτων δὲ ὁ πατὴρ Ὑάκινθος ἐλθὼν ἐκ Λακεδαίμονος Ἀθήνας κατῴκει. ὡς δὲ οὐδὲν ὄφελος ἦν τούτων, ἐχρῶντο περὶ ἀπαλλαγῆς. ὁ δὲ θεὸς ἀπεῖπεν αὐτοῖς Μίνωϊ διδόναι δίκας ἃς ἂν αὐτὸς αἱρῆται. πέμψαντες οὖν πρὸς Μίνωα, ἐπέτρεπον αἰτεῖν δίκας. Μίνως δὲ ἐκέλευσε αὐτοῖς ιδ', κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, χωρὶς ὅπλων πέμπειν τῷ Μινωταύρῳ βοράν. ἦν δὲ οὗτος ἐν λαβυρίνθῳ καθειργμένος· ἐν ᾧ τὸν εἰσελθόντα, ἀδύνατον ἦν ἐξιέναι· πολυπλόκοις γὰρ καμπαῖς τὴν ἀγνοουμένην ἔξοδον ἀπέκλειε. κατεσκευάκει δὲ αὐτὸν Δαίδαλος, ὁ Εὐπαλάμου, παῖς δὲ τοῦ Μητίονος καὶ Ἀλκίππης. οὗτος ἦν ἀρχιτέκτων ἄριστος, καὶ πρῶτος ἀγαλμάτων εὑρετής.

Enimuero, cū id bellū diuturnius fore videretur, quādo Athenas capere minime posset, Iouē, vt Athenienses cōmissi criminis pœnas luerēt, obsecrat. Hinc cū pestis ac fames simul vrbē inuasisset, primum quidē ex veteri oraculo, Athenienses Hyacinthi filias Antheidem, Ægeidē, * Enthenidē, & Lytæam Geræsti ad Cyclopis tumulū iugularunt. sed harū pater Hyacinthus Lacedæmone Athenas commigrauit, & cum nihil inde sibi emolumenti futurum viderent, oraculū de belli exitu cōsuluerunt. His numē, quas ipse vellet, Minoi pœnas daturos renunciauit. Igitur Athenienses missis ad Minoē legatis iniunxerūt, vt ab eis, quas pœnas vellet peterēt: tū Minos ijs vt quatuordecim corpora, septem scilicet puerorū, ac totidē & ętate pariū puellarū, sine armis Minotauro deuoranda mitterēt, imperauit. Is taurus labyrintho conclusus coërcebatur, vnde ingressus quispiam haud facilè exire poterat, quòd multiplici viarum ambage non agnitum exitum excludebat. Hunc Dędalus filius EVpalami, qui Metionis & Alcippæ filius fuit, exædificauit. Hic item architectus omnium præstantissimus, & primus imaginum deorúmque statuarum fuit inuentor.

οὗτος δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως, βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Πέρδικος υἱὸν Τάλω, μαθητὴν ὄντα· δείσας μὴ διὰ τὴν εὐφυΐαν αὐτὸν ὑπερβάλλῃ. σιαγόνα γὰρ ὄφεως εὑρών, ξύλον λεπτὸν ἔπρισε. φωραθέντος δὲ τοῦ νεκροῦ κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καταδικασθείς, πρὸς Μίνωα ἔφυγε. κἀκεῖ Πασιφάης ἐρασθείσης τοῦ Ποσειδῶνος ταύρου, συνήρπασε τεχνησάμενος ξυλίνην βοῦν· καὶ τὸν Λαβύρινθον κατεσκεύασεν, εἰς ὃν κατ' ἔτος Ἀθηναῖοι κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, τῷ Μινωταύρῳ βορὰν ἔπεμπον. Θησεὺς δὲ γεννηθεὶς ἐξ Αἴθρας Αἰγεῖ παῖς, ὡς ἐγεννήθη τέλειος, ἀπωσάμενος τὴν πέτραν, τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται, καὶ πεζὸς ἠπείγετο εἰς τὰς Ἀθήνας. φρουρουμένης δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν κακούργων τῆς ὁδοῦ ἡμέρωσε. πρῶτον μὲν γὰρ Περιφήτην τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας, ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης ἣν ἐφόρει, Κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο, ἔκτεινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων οὗτος, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, δι' ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε·

Hic etiam Athenis post deiectum ex arce Talaū Perdicis sororis filium, eius discipulum, aufugit: quem, veritus ne ipsum ingenij præcellentia superaret, occidit. Etenim serpentis malam nactus, lignum tenue secuit. Deinde vbi puerum necasse compertum fuit, reus in Martis villa peractus ad Minoem confugit. Atque inibi Pasiphae cum Neptuni taurum arderet, lignea vacca affabre compacta corripuit: ac Labyrinthum construxit, ad quem quotannis Athenienses, virgines septem, ac totidem pueros ætate pares Minotauro vorandos mittebant: donec Theseus ex Æthra Ægeóque natus, iam grandis factus, petra summota, calceos atque ensem aufert: & pedestri itinere Athenas adiens, obsessam iam viam à maleficis viris vndecunque pacauit. Primum quidem Periphetem Volcani & Anticliæ filium, qui quòd clauam gestaret, Coryneta dicebatur, ad Epidaurum occidit: qui cum imbecillis pedibus esset, ferrea claua munitus, viatores interficiebat:

ταύτην ἀφελόμενος Θησεὺς ἐφόρει. δεύτερον δὲ κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου. οὗτος πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο. οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδυνάντο κάμπτειν. καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι, πανωλέθρως ἀπώλλυντο. τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινεν.

Λείπει πολλά.

quam ex illo præreptã Theseus ipse ferre cõsueuit. Hic Sinẽ postea Polypeymonis filium, & Syleæ Corinthi filię, occidit. Huic Pityocamptes, à curuandis pinis nomen fuit. Nam cum Corinthiorum Isthmum insedisset, viatores ad pinos flectẽdas inuitos compellebat: qui quòd eas virium imbecillitate flectere nequirent, arborum in se redeuntium impetu sublati penitus interibant. Hunc in modum Theseus Sinem cruciatum è medio substulit.

Multa desunt.

INDEX RERVM AC verborum locupletissimus, in Apollodori Bibliothecen.

Prior numerus paginam, secundus lineam significat.

A

al-

D

Danaus

E

F

M

Marian-

N

phi-

cō

FINIS.

p. 144. l. 12. Sic Ovid. 6. met: v
p. 33. l. 26. Sic Ovid: 6. met. v
p. 22. l. 5. Sic Ovid. 6. met: v
p. 157. l. 12: Sic Ovid: 6. met. v. 119.
p. 21. l. 18. Ovid. 7. met. 672.
p. 193. l. 12. ibide
p. 27. l. 2. Ovid. 8. met. 450.
ib. l. 18. Ovid. 8. met. 371.
p. 195. l. 11. Just. 2. 6. 8.